

C. v. Stökken
de
virga Aaronis florida.
Kil., 1674.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897




Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

1,-82.

DET KONGELIGE BIBLIOTEK
DA 1.-2.S 1 4°

1 1 01 0 4 00897 9

+ REX

BIBLIOTHECA REG. HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

883

DISPUTATIO THEOLOGICA
INAUGURALIS,
De
Virgâ Aaronis Floridâ,
ex Numer. C. XVII.

Quam

Annuente Supremô Numine,

Ex Decretô & Autoritate Summè Reverendæ, ac Ampliſsimæ Facultatis Theologicæ,

In Per-Illuſtri Holſatorum Academiâ Kilonienſi,

PRÆSIDE

CHRISTIANO Kortholt/S. S. Th. Doct.

Ejusdemq; Profeſſore Publ. Fautore ſuo Honoratiſsimo,

Pro Summis in Theologiâ Privilegiis & Honoribus conſequendis,

Publico placidoq; examini ſubmittit

M. CHRISTIANUS von Stökken/

Reverendiſs. & Sereniſs. Epiſcopi Lubec. Eccleſiaſtes Aulicus, & iſtius Diœceſeos SuperIntendens,

Ad Diem IV. MAJI *A. C.* M. DC. LXXIV.

In Auditoriô Majori, Horis ante & pomeridianis.

KILONI, Literis Joach. Reumanni, Acad. Typogr.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

Reverendissimo atq Serenissimo
Principi ac Domino

~~Dno~~ CHRISTIANO ALBERTO
Heredi Norwagiæ, Postulato Coad:
jutori Lubecensi, Duci Slesvigæ
et Holsatiæ Stormariæ et
Dithmarsiæ, Comiti
in Oldenburg ac
Delmenhorst

Domino suo clemen-
tissimo

Se suaq
Humilime
commendat

Serenitatis Suæ
Devotissimus et sub-
jectissimus
Servus

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Autor.

DET K
DA 1.
110

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

Reverendiſſimo, atque Sereniſſimo

Principi, ac Domino,

Dn. AUGUSTO FRIDERICO,

Electo Epiſcopo Lubecenſi, Hæredi Norwagiæ, Duci Sleſvigæ & Holſatiæ, Stormariæ & Dithmarſiæ, Comiti in Oldenburg & Delmenhorſt,

Principi, ac Domino meo Clementiſsimo,

Æternam ab Æternô Aarone Floriditatem!

REVE-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

REVERENDISSIME PRINCEPS, DOMINE CLEMENTISSIME,

QUod *Virgæ Aaronis aridæ* adſcripſerat Lemma *Æneas Sylvius*, ad ſummos honores præter ſpem evectus: *Inſperata floret!* Idem de me (*ſi parva licet componere magnis*) non immeritò uſurparim; quem non *vana ambitio*, non *inanis ad altiora ſpes*, nec *levis temeritas*, vitia à me alieniſsima, ſed GRATIA *Reverendiſsimi Principis*, FAVOR *Summè-Reverendæ Facultatis Theologicæ;* AMOR *chariſsimorum Fratrum*, ad ſummos in Theo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

logiâ Honores capeſſendos, *clementiſſimè* deſtinavit, *benevolè* ſtimulavit, *intenſiſſimè* animavit. Ipſe me novi. *Virga* ſum tenuior, quæ, niſi manu ſuſtentetur, labaſcit. *Aridæ* ſimilis, *ſine nomine, ſine germine, ſine rore, ſine flore; ſine ſuccô, ſine fructu.* Si quid exiguæ in me eſt ſpei, totum id divinæ reſigno Majeſtati. Qui *floridam* voluit, TUUS fuit, SERENISSIME PRINCEPS, ſereniſsimus nutus. Non debebant ergo hæc, quæ de *Virgâ Aaronis floridâ* ſcripſi folia, ulli aliàs devoveri, quàm DEO, & TIBI; DEO, qui *ex aridâ floridam*, ex miſerô homine ſuum fecit ſervum: TIBI, qui manu gratioſâ Tuum von Stöffen *foves*, & Virgæ huic, quamvis aridæ, ſingulari gratiâ *faves*. Ita perge, REVERENDISSIME PRINCEPS, & *fovendo* & *favendo!*

quin-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

quinimò ſerenâ indulge fronte, ut hi ipſi typi in GLORIOSO TUO NOMINE ornamentum, Meiq; ſummi Honores in GRATIOSO TUO NUMINE ſummum inveniant Patrocinium. Ego ſeriis Deum ſuſpiriis venerari non deſiſtam, ut REVERENDISSIMAM TUAM SERENITATEM perpetuô germine, flore, fructu, virere, florere, vigere faciat! quod animitus precatur

REVERENDISS. T. SERENIT.

ad quævis pia ſuſpiria
& officia

devotiſsimus Servus

C. V. St.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

Ad Adm. Reverendum, Clariſsimum, Ampliſsimumq́;
Dn. Candidatum,

De Virgâ Aaronis Floridâ

Pro Gradu in Theol. Summô Diſputantem.

SCAZONTES.

AARONIS ecce *Floridam* Tibi *Virgam*!
Paradiſus, Hortus cui tulit parem nullus,
Quæ nocte in unâ germinat, ſimul frondet,
Truditq; flores, & ſimul parit fructus,
Amygdalisq; ſemet induit multis;
Miraculum ingens nempe poſteris ſeris,
Creatus eſt quô *Pontifex* DEI *Summus:*
Quamvis *vetuſti fœderis* ſit hoc munus,
Et *umbra* tantùm *corporis* ſequuturi,
Figura quondam *Maximi Sacerdotis.*
Nam *Virga major illa Fœderis noſtri,*
Nativitate germinans, Suâ florens
Ætate, victâ morte proferens fructus
Æternitatis, à DEO ſimul factus
Nobis Sacerdos Maximus, Bonus Paſtor,
DEUS è DEO, nec non HOMO ſimul CHRISTUS,
Spes una ſeclis, unicum Piis Nomen,
Myſteriumq́;, quamlibet fidem vincens,
Quod nulla mens, mortalium capit nullus.
Si ratio nos latet, fides patet nobis.
At nunc *Ocellus*, *Surculusq́;* Tu *Vitis*
Es Hujus, Hujus educantur ex umbrâ
Arbuſculæ plures Tibi, *tenellosq́;*

Sol

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

Sol ipſe CHRISTUS pampinat Tibi *fœtus*,
Præclare STOCKI; *Virga* quem decet *Magni*
ARONIS, & cui redire feſtinat
ARONIS ætas, aureumq; pubeſcens
Ex ſylvulâ per Te decus mori neſcit,
Frontiq; frondem lauream ſacræ confert,
Ornatq; ſertô gemmeô caput totum.
Nec floribus, nec fructibus cares, quædam
Sed meſsis eſt, luxusq; dives in ramis;
Ut *omini* reſpondeat Tuum *Nomen*,
Et nomini ſe præſtet omen antiquum.
Virgam ergo *Floridam* explicas *Sacerdotis*,
Ætate florens, dotibusq; mirandis,
Pariter *Sacerdos Magnus*, & DEO charus,
Et PRINCIPI dilectus unicè AUGUSTO,
Summos & inter Principis Viros Aulæ,
Muſisq; doctis, & mihi caput charum.
Hoc gratulari seriò Tibi vellem:
Sed noſtra marcent, fronsq;, flosq;, fructusq;.
Annoſa quercus an Tibi dabit glandes?
Quid inde ſculpes? nil niſi hinc ages actum.
An fundet undas aridus Tibi pumex?
Rugæ ſeniles comparare ſe nolint
Vivis, venuſtis, qualis eſt Tuus vultus:
Nam nulla prorſus vena jam fluit nobis.
Vix impetravi pauculos, vides, à me
Hos *Choliambos*, claudicantibus metris.

f. αὐτοσχεδιασί PAULUS SPERLING, D.

Virga Iſai, JESU! ſine Te ſumus *arida Virga*!
Si nos, *CHRISTE*, foves, *florida Virga* ſumus.

VIRGAM AARONIS FLORIDAM

I.

CONſideraturis occurrit initiò, quod exſtat Pſ. LXVIII, 36: *Mirabilis Deus in Sanctuariô ſuô.* Variant quidem Interpretes, in verſione hujus dicti: *Formidabilis es, ô Deus, è Sanctuariis tuis:* Ita Junius reddidit. *Terribilis Deus de ſanctuariis tuis.* Ita Muſculus ad h. Pſ. p. 461. *O Deus terribilis es in Sanctuariô tuô:* Ita Verſio Batav. Rationem verò diverſitatis neque libet, neque licet hîc explicare. Vulgata ſatis commodè: *Mirabilis Deus,* non in ſanctis, ſed *in ſanctuario ſuo.* Optimè Lutherus noſter: **Gott iſt wunderſahm in ſeinem Heiligthumb.** In Fonte tria ſunt *vocabula*, quæ tria continent *oracula*, ne dicam *miracula*. Nobis hac vice ſufficit, quòd verè admirabilis fuerit Deus Trinunus (*Elohim nora*) in Tabernaculo Moſaico, quod hîc Sanctuarium plurali numero dicitur: quia in tres partes erat diviſum, nomine ab ipſo Jehova huic tentorio primitùs indito: *Dic filiis Iſrael, ut faciant mihi Sanctuarium, & habitem inter illos*, Exod. XXV, 8.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

II. Mirabilis certè *in Ceremoniis*, quibus in Tabernaculo cultus peragebatur divinus, quas ſolas ſæpius frequentare, in ſummis Davidi erat votis, Pſ. XXVII, 4. Mirabilis *in Sacrificiis*, quæ præſcriptis à Deo ritibus, ad ſanctuarium mactabantur, & typi erant accuratiſsimi mirabilis perſonæ & officii Meſsiani, Hebr. X, 4. Mirabilis *in Miraculis*, quæ vel in ſanctuario, vel circa, vel propter iſtud, Deo ſic jubente, evenerunt. *Mirabile* Dei judicium fuit in Nadab & Abihu, filiis Aaronis, *ſacer quos devorat ignis*, & quidem *coram facie Domini*, i. e. coram Tabernaculo; in cujus primâ parte Arca fœderis poſita erat, ſymbolum præſentiæ divinæ, unde expreſsè additur: *ſublatos deportate à conſpectu ſanctuarii*, Lev. X, 1 - 4. *Mirabilius* in Coracho, Dathane, & Abiramo, qui, cùm totum cœtum ad portam Tentorii conventûs congregaſſent, & ipſi ad portam tentorii conſtitiſſent, terrâ abſorpti ſunt, Num. XVI, 18, 19, 30, 31. Verùm cùm hæc eſſent ſeveriſsima Juſtitiæ divinæ exempla, *ſingulariter mirabile*, & *mirabiliter ſingulare* fuit miraculum in Sanctuario, quod divina Sapientia exſtare voluit *in Virgâ Aaronis floridâ*, quæ unâ nocte, cùm arida eſſet, in interioribus Sacrarii, produxit germen, flores, amygdalas. Niſi me fallit animus, audio exclamantem Moſen, ubi Virgam primo intuitu florentem offendit: *Elohim Nora Mimmakdoſchecha! Mirabilis Deus in Sanctuario ſuo!* Audio hæc repetentem, Iſraelitis admirabilem & amabilem hanc metamorphoſin oſtenſurum: *Mirabilis Deus in Sanctuario ſuo!* Nec dubium, quin ipſe David ad hæc, quæ in Virgâ evenerant, reſpiciens, admirabundus dixerit: *Mirabilis Deus in Sanctuario ſuo!*

III. Mihi cum *ex Decreto Venerandæ atque Ampliſsimæ Facultatis Theologicæ Virga hæc Aaronis florida* hoc tempore

Quadrageſimali, ac inſequente Paſchali accuratiùs ſit contemplanda; faciam illud divino implorato auxilio, quantum per occupationes continuas, & temporis anguſtiam licebit, eo ordine, ut miraculum hoc conſideremus, *quà Textum*, & *quà Typum*. Sit ergo, Deo annuente!

SECTIO PRIOR.

De conſideratione Virgæ Aaroniticæ Hiſtoricâ, quà Textum Moſaicum, adjunctis Quæſtionibus neceſſariis, ſecundùm ſeriem verſuum.

CAPUT PRIMUM.

Mandatum Dei evidentiſsimum.

IV. Textus habetur Numer. XVII, 1, 11. incluſ. quibus verſibus tota Hiſtoria abſolvitur; duo enim reliqui non tam ad hujus miraculi, quàm ad univerſam, de ſeditione, adverſus Moſen & Aaronem ortâ, Hiſtoriam pertinent, ideoq; opus non eſt, ut in iis explicandis laboremus. Ordine ut progrediamur, duo inprimis *in textu Moſaico* veniunt conſideranda: *Dei Oraculum, & ipſum Miraculum. Oraculum* exprimitur v. 6. prioribus; *Miraculum*, 5. reliquis. *In Oraculo* tria ſuo ordine diſponit & exponit Moſes, 1. *Mandatum evidentiſsimum*, 2. *Promiſſum eminentiſsimum*, 3. *Populum obedientiſsimum. Mandatum evidentiſsimum* deſcribit, *ratione Perſonarum*; quis, per quem, & quibus; *ratione Materiarum*, quid, à Deo, per Moſen, Iſraëlitis ſit *circa hanc Virgam* mandatum.

V. *De Perſonis* agit Moſes v. 1. & 2. *Et locutus eſt Dominus ad Moſen, dicens: Loquere ad filios Iſraël.* Eſt ergò *Prima*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

ma Perſona circa hoc Mandatum conſideranda, *Jehova Dictator*, qui ſingulari Majeſtate iſtud Moſi dictitavit. In Fonte eſt Nomen Dei eſſentiale יהוה ſoli Deo proprium Eſ.XLII,8. Jer. XVI, 21. XLIV, 26. Exod. III,14. VI, 3. Num. VI,23 cujus ipſiſsimam exprimit eſſentiam, ipſo Deo interprete Exod. III, 15. de quo notatu digna ſunt verba Magni noſtri Lutheri: *Ubicumque vox, Jehova, reperitur in Scripturis, ſignificat Deum, quà Eſſentiam & Majeſtatem divinam; &, cùm Hebræa lingua fere habeat decem nomina, quibus Deum ab ejusdem operibus denominat, ſolum hoc nomen, Jehova, Deum, ut eſt in Eſſentiâ divinâ, deſignat. Tom. III Jenenſ. Germ. fol. 487.* Verè enim Jehova hoc miraculo, Nominis ſui Sanctiſsimi Omen divinitus comprobare voluit, qui in creationis opere germinare fecit terram; hîc *aridam Virgam*, ut huic Deo applaudere poſsimus verbis Davidicis: *Magnificate Jehovam, Deum noſtrum, adorate ſcabellum pedum ejus*, ubi ante Arcam depoſita fuit Virga, *quia ſanctus eſt*, Pſ. XCIX, 5.

VI. *Moſes Mediator, Perſona ſecunda*, quem phraſi Apoſtolicâ ita appellamus, Gal. III, 19. quia hoc Mediatore Deus uſus eſt in promulgatione legis, & hujus mandati, ad populum Iſraëliticum deferendi: *ab extractione* ita dictus eſt, ut Moſe activè ſit *extrahens*, quam ſignificationem intendit quoque Regina Pharaonis Filia, *quia ex aquis* non extractus, ſed *extraxi eum*, Exod. II, 10. & myſterio non caruit hæc nominis impoſitio, ut paſsivè & activè diceretur Moſes, qui non ſolùm *extractus* fuit ex aquis, ſed & ipſemet deinde vocatus, ut populum Iſraeliticum ex ſervitute Ægyptiaca extraheret, quorſum ipſe Propheta reſpicit: *Recordatus eſt dierum ſeculi, & Moſche* ſive eductoris *populi ſui*, Eſ. LXIII, 11. Quid verò? nonne & hîc Moſes ſui nominis rationem quaſi impleturus,

extra-

extraxit Virgam Aaronis floridam præ cœteris, non ſine miraculo germinantem? quâ de re in ſequentibus: *Protulit* (eduxit) *ergo Moſes* (eductor) *omnes virgas de conſpectu Domini ad cunctos filios Iſrael &c.* Num. XVII, 9.

VII. Hoc ſanè miniſterio felix, quòd miraculum non ſine hoc miniſtro ſuo edere Deus voluit. Nullus unquam miniſter tantis laboribus, ſed & nullus tantis honoribus obrutus. *Vix ulli mortalium tam admiranda obtigit liberatio, quàm Moſi infantulo, vix ulli tam miranda educatio in Gynecéo. Vix ulli obtigit, ut tam impensè à Deo amaretur, cuſtodiretur, eveheretur. Nulli, qui tam prodigiis omnibus venerabilis, quàm colloquio, ipſos XL dies, cum Deo planè Entheus fieret, adeò, ut facies ejus radiaverit; Nulli, qui à Deo ipſo ſepeliretur. Servatus mirè in aquâ, magis mirè in terrâ:* quod eſt elogium *Joh. Cunrad. Diet. in Onomatol. ſacr.* p. 239, a. Hunc Miniſtrum ſuum intimum *allocutus eſt* Jehova, ratione planè ſingulari, de quâ ipſe Deus: *Non ſic ſervus meus Moſe, qui eſt in totâ demo meâ fidelis. In os alloquor eum, adeo, ut ſpeciem ſimilitudinemq; Jehovæ intueatur, ac non per ænigmata*, Num. XII, 78. Plura qui de nomine Moſis deſiderat, conſulat *Jun. in notis ad Exod. II, 10. Glaſſ. Philol. S. lib. IV. Tract. III. pag. 953. D. Calov. in proleg. ad Pentateuchum Moſis p. 208. Varen. Comment. in Exod. Dec. III. Loc. VI. concl. 2. & 6.*

VIII. Tertia Perſona, *Populus Auſcultator*, non quòd publicè audiverit, quæ Deus ad Moſen locutus eſt, ſed quòd ex Moſe perceperit, quæ Deus *de virgis Iſraelitarum* fieri vellet, ut eſt in textu: *loquere ad filios Iſrael*; vel ut Junius: *alloquere filios Iſraelis*, conf. v. 6. Totius Iſraelis res hîc agebatur. Seditioſi quidem videri volebant, direxiſſe ſolummodo querelas ſuas adverſus Moſen & Aaronem; revera autem monſtri

 quid

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

quid alebant contra univerſum Iſraelem, cujus Principes dum deturbatos volunt, quid aliud ſatagunt, quàm ut omnia in caſtris Iſraeliticis conturbent, evertant? Seditio enim, quam præcedente capite deſcripſerat Moſe, erat occaſio hujus miraculi, quam paucis hac occaſione delibavimus.

IX. Cum נשאי עדה *principes congregationis*, אנשי שם *viri nominis*, i. e. primates reliquarum tribuum, Num. XVI, 3. præprimis Dathan & Abiram è tribu Ruben primogeniti Jacobi, cui & Dominium & Sacerdotium, quæ olim penes primogenitum familiæ erant Gen. XLIX, 3. ob fœdum cum Jacobi Parentis uxore inceſtum, ablatum fuit, ægrè ferebant hunc honorem ſibi auferri, & in familiam Aaronicam hæreditario & perpetuo transferri jure; His ſeſe aſſociabat Core, qui & ſeditionis dicitur autor, Dathan fortè & Abiram ſubleſtæ aliàs fidei viros ſocios nactus conjurationis in Moſen & Aaronem conſobrinos. *Kaath enim genuerat Amram & Iſaar: Amram autem Moſen & Aaronem, Iſaar verò Core*, Exod. VI, 18, 21. Erant itaque Aaron & Core duorum Fratrum filii; Hi cum ſuâ turbâ turbas dabant, & ſeditionem moliebantur; verùm juſto Dei judicio horrendis ſuppliciis puniuntur, aliis conjuratorum terrâ abſorptis, aliis igne abſumtis, aliis denique peſte abreptis, Num. XVI, 31, 35, 39. Hæc erant vindicis Dei & juſti judicis opera, quæ excipere debebat Patris Dei & miſericordis, ſed potentis ἐνέργεια. Ut ergo paterno ſigno & judicio demonſtraret, Moſen non ex privato auſu, affectuq; fraterno hoc honoris & ſummi ſacerdotii officium, ſed ex divino mandato Aaroni contuliſſe, mandat capite, quod præ manibus eſt, ut ex ſingulis tribubus princeps baculum ſuum exhibeat, de quo mandato nunc pluribus agemus.

X. *Ratione materiarum* autem mandatum divinum tria habet

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

habet *momenta*, vel tria verba imperativa, (1.) *ſume* v. 2. (2) *ſcribe* v. 2, 3. (3.) *pone* v. 4. Tria enim Moſi injungit Deus, (1.) ut *ſumat* virgas à principibus tribuum Iſraëliticarum, (2.) ut *inſcribat* illis nomina, ut (3.) *ponat* illas ſive deponat in Sanctuario.

XI. Primum mandati momentum eſt, *Sume*, vel, ut in textu: *accipe ab iis* (à - cum illis) *virgas ſingulas* (virgam virgam) per cognationes ſuas (ita Vulg. Hebr. *pro domo Patris.* Jun. *pro paternâ familiâ*) *ab omnibus Ducibus eorum, ſecundùm paternam familiam ſuam* (domum Patrum eorum) duodecim virgas. Tria hîc notanda (1) *quid,* (2) *quot,* & (3) *à quibus* ſumendæ virgæ.

XII. *Quid ſumendum?* Virgæ Hebr. מטות dictæ, de quibus infra. Fuerunt autem *Mattoth* Virgæ, ſeu potiùs Scipiones & Baculi, quos Principes geſtarunt, tanquam inſignia in ſuis tribubus collatæ ſibi dignitatis, quod mox probatum dabimus.

XIII. *Quot* verò ſumendæ erant virgæ? In textu expreſsè dicitur: *accipe duodecim virgas,* nempe pro numero tribuum, quæ cum fuerint duodecim, hinc & duodecim virgas Moſes colligere debuit. Capita quidem ſeditioſorum maximam partem erant ex tribubus Levi & Ruben, ſed cum his & alii ex aliis tribubus ſeſe conjunxerant. Voluit ergò Jehova, ut ex omnibus tribubus adſumerentur virgæ, ne quis impoſterum ex hâc aliâve tribu idem tentaret. Expreſsè hinc dicitur: ſume *duodecim virgas,* & quidem *ab omnibus ducibus eorum, ſecundùm paternam familiam ſuam.*

XIV. *A quibus* ergo ſumendæ? *à principibus familiarum* ſeu tribuum, qui in fonte dicuntur *capita domus paternæ* inter Iſraelitas. Domus Patris dicebatur apud Judæos quævis familia,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

milia, quæ ſuū habebat Patremfamilias, qui erat ראש בית אב *Caput domus paternæ*, ſeu Patris, nempe Jacobi communis Iſraëlitarum Parentis. Hîc *domus Patris* ſunt ſingulæ tribus Iſraëliticæ, quæ propterea eodem verſu nominantur *domus patrum eorum*, nempe filiorum Jacobi, ex quibus ſingulæ tribus enatæ, tanquam ſurculi ex ſuis ſtipitibus. Ideoque *capita domus paternæ* fuerunt 12 Principes, ſeu Primates inter omnes Iſraelitas, ſecundùm numerum 12 Familiarum, & *Caput domus paternæ*, Princeps in ſingulis tribubus primarius, qui nominatim recenſentur Num. I, 20, 22, 24. &c. aliàs appellantur *primaria capita patrum filiorum Iſrael.* Num. XXXVI, 1. Minùs ergo congruè reddidit Vulg. *per cognationes ſuas:* magis appoſitè *Junius, pro paternâ Familiâ;* optimè autem, pro more ſuo, optimus Interpretum *Lutherus:* **von einem iglichen Fürſten ſeines Vaters Hauſes einen** / ut repetitio in fonte ſit ſaltem explicatio prioris. Et certè cauſam non habent Interpretes, cur hîc à fonte abeant; cùm vox *domus* in omnibus ferè linguis pro familiâ uſurpetur. Hinc familiares locutiones, *de domo Auſtriacâ, Hiſpanicâ, Holſaticâ*, &c. Eò igitur collimat divinum mandatum, ut ex ſingulis tribubus princeps ſeu Primas baculum ſuum exhibeat Moſi, deponendum in tabernaculo coram teſtimonio, ut, quia prærogativa Sacerdotii, cui familiæ eſſet adſerenda, in controverſiam venit, voluerit Deus ejusdem rei *exhibere* ſignum, *in exhibitis* Moſi baculis, qui regiminis ſui erant Symbola; *de quâ re deinde in Quæſtionibus;* hîc notentur loca, in quibus de regimine uſurpatur Pſ. XLV, 7. Hebr. I, 8. Pſ. CX, 2. Mich. VII, 14. citante *Flacio in Cl. Script. p. m. 1278.* Ante ergo, quàm hinc abeamus, afferenda atque adſerenda nobis una atque altera Quæſtio:

QU. I. *Quid notandum in vocabulo* מַטֶּה*?*

XV.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

XV. Cùm hoc vocabulum ſæpius hoc capite occurrat, eoq́; notetur *Virga Aaronis*, de quâ, hâc ipsâ diſputatione, præcipuè agimus, penitiùs diſpiciamus, quæ ſit ratio hujus vocis, & quæ ſignificatio. Derivatur non à מוט *mutare, vacillare*. Præt. Kal. מָט & fœmin. מָטָה *vacillavit terra*, Pſal. LX, 4. XLVI, 7. (Dageſch enim ſignum eſt abjectæ radicalis) ſed à נטה *Natha inclinavit*; inde dicitur Matthè *baculus*, quo quis nititur, *fulcrum, Scipio*; ideò *baculus panis* Pſ. CV, 6. Targum reddit: *fulcrum cibi*. Ratio appellationis eſt, quòd *extendatur* ad indicandum, aut faciendum aliquid; aut, quòd facilè *inclinetur*, ut vult *Buxtorf*. *Avenarius* utramque derivationis rationem conjungit. Sæpius in Bibliis reperitur: Loca quæ adduci ſolent, ſunt: Lev. XXVI, 26. Exod. IV, 2. VIII, 16. XVII, 2. 6. XXXIV, 13. Hab. III, 14. *Metaphoricè* notat quodvis auxilium & ſubſidium II Reg. XVIII, 21. Pſ. XVIII, 19. In fonte quidem aliud eſt vocabulum, quod tamen eandem obtinet ſignificationem, hinc Targum vertit, *& fuit verbum Domini fulcrum mihi*. LXX. καὶ ἐγένετο κύριος ἀντιστήριγμά μου. *Et factus eſt Dominus protectio mea. Per Synecdochen* ſumitur pro familiâ ſeu tribu, Num. II, 5, 7. ſeq. Joſ. XX, 9. quia tribuum Iſraeliticarum ſigna erant baculi, inſcriptis earum nominibus, *ut ex hoc ipſo patet verſu*.

XVI. Tria aliàs apud Hebræos ſunt *vocabula*, quibus geſtamen Principum & Judicum populi circumſcribitur מקל, מטה, שבט, de quorum differentiâ ita *Philologus inſignis*: In S. literis *Virga*, quæ propriè *ſchebet* dicitur, Regni inſigne eſt, ut Pſ. XLV, 7. Eſ. XIV, 5. ubi *Schebet-dominantium*, per appoſitionem dicitur. *Matteh baculus imperiorum*. Sic *Matteh* virga Aaronis & Principum. *Regum* tamen videtur differre à *Principum*. Regum, Arabibus *Sabt almeluch*, Sceptrum Re-

 gale,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

DET
DA 1
110

gale, ductile fuiſſe ex ferro, ære, auro, colligi poteſt ex illis locis, in quibus ferreæ virgæ fit mentio, ut Pſ. II, &c. Inde Syris *ſchebat, ducere, extendere, ductile opus efficere.* At *Matteh*, vi radicis נטה natah, *Scipionem* vel *haſtam* ſignificat, cui quis innititur. Quamquam *haſta* quoque regum olim geſtamen fuit, & pro *diademate, ſceptrum* dicebatur, *Juſtin. lib.* 43. *c.* 3. uti ex *Turnebo* & aliis *Bernegg.* & *La-Cerda* in 6. Æneid. v. 760. מקל *Makkel* verò, (unde M mutato in B. Baculus) uſurpatur *pro baculo paſtorali* Gen. XXX, 37. Zach. XI, 10. pro *Scipione viatorio* Exod. XII, 11. pro *clavâ* aut *fuſte* militari, Ez. XXXIX, 9. pro *Sceptro*, Jer. XLVIII, 17. *Joh. Henr. Urſin. Arbor. Bibl. cap. XXXI, 5. p.* 385, 386.

QU. II. *Lutherus* num rectè vocem *Matteh* reddiderit, **Stekken**/& non potiùs **Ruten?**

XVII. Parvi momenti quidem videtur hæc quæſtio; mirum tamen, cùm omnes fere Lat. Interpretes verterint *Virgas*, imò *Lutherus* ipſe Latinam hanc vocem ſimili germanicâ expreſſerit, ad Hebr. IX, 4. **die Rute Aarons/die gegrünet hatte;** Vetus etiam Verſio linguâ Saxonicâ, impreſſa anno 1520, ideoq; fere ante tempora Lutheri, has virgas à Moſe collectas ſemper vocaverit **Roden; Nym van ytliken ene roden/van allen vorſten twölf roden/vnd enes ytliken namen ſchaltu ſchriven op den roden**/&c. mirum, inquam, cur ſolus toto hoc capite elegerit vocem **Stekken?** Non autem absque ratione, ſi ſpectes (1) *ſignificationem vocabuli.* Non enim Interpretum, potiùs fontis hîc habenda erat ratio. *Mattéh* ab *inclinando* dicitur, non, quòd ſeſe facilè *inclinet*, ut viridis virga, quæ flecti poteſt, ſed, quòd viator baculo ſeſe inclinare poſſit & fulcire, eumq; absque curvitate extendere, quod Scipione, non *Virgâ* propriè ſic dictâ fieri ſolet. LXX ergo, vim vocabuli attendentes,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

dentes, non adhibuerunt Græcis aliàs uſitatam vocem θαλλὸν, quæ propriè ſignificat *ramum virentem* à θάλλω *vireo*, ſed habent ubique ῥάβδον à ῥᾶον βαδίζειν, i. e. *facilius incedere*; quorſum non facit *virga flexilis*, verùm *baculus fortis & duriuſculus*, cui tutò & ſine periculo innitimur. Dixerit quiſpiam, *Virga* apud Latinos eandem habet ſignificationem, dicitur vel *à virtute*, vel quòd *vim regat*, ut vult *Iſidorus lib.* 17. *c.* 6. Credam autem potiùs à *vireo*, ideoq; propriiſsimè *ramus tenellus* virentis arboris ac fruticis. Bene Perottus: *Virgæ ſunt ſummitatos frondium arborumq́, dictæ, quòd virides ſunt; quæ ſi lenis fuerit, virga eſt: ſi nodoſa & aculeata, ſcorpio rectiſſimo nomine vocatur, quia arcuato vulnere in corpus infligitur.* Lib. V. cap. 27. cit. *Martin. in Lex. Etymolog. voc. Virga.* Quidquid hujus hujus ſit, in vernaculâ noſtrâ manifeſtum eſt diſcrimen, inter **Rute** & **Stekken**/ quod nec pueris ignotum. *Virgæ* ſunt tenuiores, viridiores & flexiliores; *Baculi* denſiores, aridiores & duriores.

XVIII. Concinnior eſt *Lutheri* verſio, qui **Stekken** reddidit, (2) *ob uſurpationem Baculi.* Certum eſt ex Textu, Moſen loqui, non quidem de fuſtibus, ſed elegantibus baculis, quibus Principes Iſraëlitarum incedebant, non *ſolius decoris* gratiâ, cui ſatis fuiſſet virga etiam tenuior, ſed potiùs *autoritatis, ſeveritatis & imperii* cauſa; cui rei aptiores erant *Scipiones*, quos vulgo vocamus **Regiment-Stäbe**/ quàm virgæ, quibus vel pueri ludunt, vel Præceptores cædunt, & idcircò planè ineptæ tantis Perſonis, quarum Majeſtas ex bacillis iſtis, imperii traditi & poteſtatis exercendæ ſymbolis, æſtimanda erat. Sceptra enim fuerunt, quæ ab ipsâ Scripturâ ob ſingulare robur dicuntur *Virgæ Virtutis*, in iſto Pſalmi: *Virgam Virtutis emittet Dominus è Sion.* Hieron. *Virgam fortitudinis tuæ.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

LXX ῥάβδον δυνάμεως. Jun: *Scipionem robuſtum tuum*, Pſal. CX, 2.

XIX. Denique maluit *Luth.* adhibere voc. **Stekken** (3) *ob rationem miraculi*, cujus certè etiam in verſione erat habenda ratio. Cardo miraculi in eo verſatur, quòd ligna illa, hactenus à principibus manu geſtata, arida erant, & planè exſiccata; nihilominùs unâ nocte effloruerunt. Quod ſi *Virgæ* fuiſſent recentes, quæ ſuſpicionem alicujus viriditatis incurrere potuiſſent, eoipſo flos hujus miraculi emarcuiſſet. Habeant ergo Latini ſuas virgas, nos meritò laudamus *Megalandrum noſtrum Lutherum*, & Interpretem accuratiſsimum, & Germanum acutiſsimum, qui *omne tulit punctum*, quòd in ſua verſione adhibuit voculam **Stekken** / atque hoc ipſo ſatis accuratè ad ipſum miraculi nervum reſpexit. Largimur quidem ambabus, poſſe *per virgam* explicari, quod & *Lutheri* ad Hebr. IX, 4. interpretamentum confirmat (quamvis & alia ſubſit ratio, cur ibidem virgam reddiderit **die Rute** / non verò **der Stekken**) & tot Virorum doctorum verſiones, quas omnes rejicere, delictum eſſet virgis luendum: Sed loquimur ſaltem de accuratiori verſione, cujus laudem non immeritò *Luthero* noſtro attribuimus, qui & aliis in locis idem vocabulum de tali inſtrumento uſurpari videbat, cujus rationem ſola ſolius virgæ mentio exhaurire non poterat, ideoq; non **Rute** / ſed vel **Stab** / vel **Stekken** interpretatus eſt, nimirum de *inſtrumento cuſtodiendis ovibus*, Exod. III, 1. IV, 2. ſeq. *excutiendis frugibus* apto, Eſ. XXVIII, 27. *de pedo Paſtoritio*, Pſal. XXIII, 4. in quibus ultimis locis **Stab** & **Stekken** ſemper conjunguntur.

QU. III. *Baculi Principum fuerintne viatorii, nec ne?*

XX. Inter Eruditos diſceptari ſolet *de virgis* Principum,

fue-

fuerintne viatoriæ nec ne? Non fuiſſe autem *Scipiones*, ſatis probabile eſt; ſed aut *baculos*, huic negotio peculiariter ſelectos, quod ſenſiſſe videtur *B.Waltherus*. Ita enim ille: *Credere malim, virgas illas, quæ ad tabernaculum ſunt allatæ, ut ex illarum germinatione judicium Domini de ſummo Sacerdotio conſtaret, non fuiſſe viatorias, ſed quas conferre voluerunt familiarum Principes, ad illam Sacerdotis maximi electionem, in quibus Principum inſcriberentur nomina, ut faciliùs illæ diſtinguerentur ab aliis certâ notâ, cui Sacerdotium ſummum germinans Virga detuliſſet. in Harm. Bibl. p.* 418. aut potiùs *inſignia principalis dignitatis,* quos in jure dicendo imprimis illi geſtârint: cujus rei probabiles dabimus rationes, quum idem nobis erit adſerendum *de virgâ Aaronis,* quòd non tam viatoria, quàm inſigne fuerit ſummi Sacerdotii & Magiſtratus. Vid. qu. 4,7,8. th. XXI, XXII, XXIX, XXX, XXXI.

QU. IV. *Quâ ergo de causâ Principes virgas ſuas, ſeu baculos geſtârint?*

XXI. In ſignum Poteſtatis & dignitatis, tanquam inſignia ſuæ in hâc vel illâ familiâ æſtimationis, inprimis in jure dicendo, ut veriſimile eſt. Ita enim conſuetudinis erat, uti apud Romanos *faſces,* apud alias gentes *ſceptra.* Hâc de causâ Reges, Principes, Prætores, Judices, imò Paſtores ſuas olim geſtabant virgas. *Reges ſuas* habebant virgas, regiæ ſuæ poteſtatis Symbola, quas ſceptra vocamus. Vulgata virgas nominat, de Ahaſvero Rege loquens: Nemo, non vocatus, Regis atrium interius auſus fuit ingredi, *niſi fortè Rex auream Virgam ad eum tetenderit, pro ſigno clementiæ,* Eſth. IV, 11. Nec minùs *Principes,* primi à Rege, quod veriùs ex noſtro Textu colligitur, quàm quòd Vulgatæ Verſionis Patroni, ex Hebr. XI, 21. probare ſatagunt, Joſephum in Ægypto *Virgam* in

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

principatûs ſui teſtimonium, geſtaſſe; cùm tamen in textu id ſolùm dicatur, quòd adoraverit Jacobus Deum, incumbens *Scipioni*, quo ſe aliàs ſenex fulciebat. *Locus Parallelus*, eſt Gen. XLVII, 31. & juravit ei, & incurvavit ſe Iſrael *ad caput lecti*. Cauſa, quòd hæc Loca, quoad verba, ſibi non reſpondeant, hæc eſt, quòd nomen in Hebræo מטה, pro diverſitate punctorum, etiam ſignificato variat: ſi legas *Mittah*, lectum, ſi *Matteh*, baculum ſignificat· Conf. quæ habent ad h. l. *Junius in Parallelis* Lib. III, 541, 542. *Quiſtorp*. in not. ad N. T. p. 390. *Walth. Harmon. Bibl. p.* 163. *Theod. Hakſp. Not. P. I. p.* 248.

XXII. Sed & *Romani Prætores* virgam gerebant. hinc manumiſſuri ſervos, eorum capita ſolebant *Virgâ* attingere, quæ dicebatur *Vindicta* vel *Vindicia*. Hinc *Cicero* in Topicis: *Si neque cenſu, neque vindictâ, nec Teſtamento liber factus eſt, non eſt liber*. *Perſius* quoque Sat. 5.

Vindictâ poſtquam meus à Prætore receſsi,
Cur mihi non liceat, juſsit quodcumque voluntas?

Judices etiam in tribunalibus *virgâ* uti ſolent, in ſymbolum poteſtatis vindicativæ & punitivæ, quæ eis ex officio competit erga improbos. Nos vocamus **den Richter-Stab oder Richter-Stekken /** quæ ſi frangatur, fracta miſeris eſt omnis ſalutis ſpes. Populus etiam Romanus, ſi quem optimè de ſe meritum regiis honoribus ornatum vellet, ei *ſcipionem* eburneum, togamq; pictam ac tunicam palmatam cum ſellâ eburneâ deferebat. *Corn. Tac. l. 4. annal. Apud Muſcovitas inſigne muneris publici baculum quoque legimus eſſe, uti hodiedum in hac Agrippinatum Coloniâ baculus conſulibus à miniſtro præfertur, qui Romanorum faſcium ſecuriumq; loco eſt*. Verba ſunt *Jac. Maſen. Spec. Imag. cap. XXXII, p.* 417. Rectâ βακτηρίᾳ utebantur primores populi & judices. Autor Etymologici Magni:

βακτη-

βακτηρία, ἣν ἐκάλουν ὀρθήν· Ἐχρῶντο δὲ αὐτῇ οἱ ἐν Περσίᾳ, καὶ οἱ δικάζοντες. Recti baculi etiam Perſici videntur fuiſſe appellati: nam Græci Grammatici Περσικὴν βακτηρίαν, interpretantur ὀρθήν. *At judicum Athenienſium βακτηρία peculiarem & operoſiorem formam habuit: quam non uno loco deſcriptam habes apud commentatores Ariſtophanis, & alios veteres Grammaticos.* v. *Commentar. Caſauboni ad Theophraſti Characteres Eth. Editionis Lugdun. 1599. p. 169.* De Proverbio, δαφνίνην φορῶ βακτηρίαν, cùm quis negat, ſe ſibi ab alicujus inſidiis metuere, *v. eund. Caſaub. p.* 280. *Paſtores* virgâ, vel potiùs baculo inſtructi, gregibus ſuis adſunt. Hinc illud in ſcholis pervulgatum: *Paſtor oves baculo minat, lupus ore minatur,* & veri ſimile eſt, à paſtoribus derivatum eſſe morem regum, ſceptra gerendi, cùm nihil aliud eſſe debeant, quàm ποιμένες λαῶν, *Paſtores Populorum,* ut Agamemnon dicitur Homero. Quapropter & Philo: ἡ ποιμενικὴ, προαγωγή τις ἐστι στρατηγίας. *Paſtoralis,* inquit, *ars, præludium eſt ad regnum.* Libr. de Joſeph. conf. *Marchant. Horto Paſtor.* p. 995, 996.

XXIII. Alterum mandati momentum eſt, *ſcribe,* quod in textu *generaliter* adſeritur de Virgis Iſraeliticis: *uniuscujusque nomen* (Viri nomen ejus) *ſuperſcribes virgæ ſuæ.* Jun. *cujusque nomen inſcribito virgæ ejus: ſingulariter* de virgâ Aaronis v. 3. *Nomen autem Aaron erit in tribu Levi, & una virga cunctas eorũ familias continebit.* Ita inſulſiſsimè, ne dicam falſiſsimè *Vulg.* Hebraica ita fluunt: *Et nomen ſcribes* (ἐπίγραψον LXX, *Inſcribito,* Jun. *erit,* Vulg. perperàm) *ſuper virgam Levi, quia Virga una* (eſt deſtinata) *capiti* (ſeu in caput) *domûs patrum eorum.* Quid *Vulgato* in mentem venerit, hariolari non licet. Aptiſsimè Lutherus & ſenſum & verba exprimit: **den Nahmen Aaron ſoltu ſchreiben auf dem Stekken Levi.**

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

Levi. Denn ja für ein Häupt ihrer Väter Hauſes ſoll ein Stekken ſeyn/quod juxta Bibliorum Erneſtinorum gloſſam eſt: An ſtatt des Fürſten des Stammes Levi/ſoltu Aarons Nahmen ſchreiben. Denn ein jeder Stekken ſoll einen Hauptmann oder Fürſten ſeines Stammes andeuten. Batavi hoc gloſſemate comma alterum explicant: Für ein jegliches Häupt/Fürſten und Oberſten/ des väterlichen Hauſes: Und iſt die Meinung/ ob wol der Stam̃ Levi in zween Theil/ nemlich das prieſterliche Geſchlecht und die Leviten ſeyn außgetheilet/ ſo ſollen ſie doch dißmahl zuſammen unter einem Haupt/ nemlich Aaron gerechnet werden. Quod idem eſt cum annotationibus *Junii.* q.d. *etiamſi tribum Levi in duas partes diſtinxi, Sacerdotum & Levitarum, in hâc tamen, ut in reliquis, virgam unam eſſe volo, & Aaronem totius generis principem.*

XXIV. Loquitur ergo hâc mandati parte Jehova *de ſcriptione generali*, quòd ſingula ſingulorum principum nomina ſingulis virgis inſcribi debeant; *de ſcriptione ſpeciali*, nomine nimirum Aaronis, ejus virgæ inſcribendo, & *de ratione ſingulari*, ſeu de fine ſcriptionis, ut eò meliùs Virgæ dignoſci poſſint, ſi nimirum ſuis οἰκείοις diſtinguantur nominibus. Ratio eſt, *quia una virga eſt in quemque primarium familiæ ſuæ paternæ*, ſecundùm verſionem *Junii.* neceſſe ergo eſt, ut quisque ſuam ſuo nomine ſignet, & inde eluceſcat, cujus virga miraculo divino ſit cohoneſtanda? Sed *de fine ſcriptionis* manifeſta res eſt, non autem *de ſcriptionis genere.*

QU. V. *Quonam modo inſcriptum fuerit nomen cuique Virgæ?*

XXV. Moſes quidem in Textu mandatum accipit de inſcribendis nominibus; inde tamen firmiter concludi nequit, ipſum

ipſum Moſen inſcripſiſſe nomina; cùm ipſi feciſſe videamur, quod noſtro juſſu factum. Ita Pharaonis filia de ſe teſtatur, quòd extraxerit Moſen, cùm tamen textus expreſsè id tribuat ejus ancillæ, quæ, jubente Dominâ, puerulum *extraxit*, Exod. II, 10, 5. Juſsit potiùs Moſen, ut quilibet ſuæ virgæ ſuum imprimeret nomen, ad præcavendam omnem fraudis ſuſpicionem. Nobiſcum hâc in parte ſentit *Joh. Cunrad. Dietricus: Mandat*, inquit, *Jehovah, ut ex ſingulis tribubus princeps ſeu primas baculum ſuum cum inſcriptione nominis* οἰκείȣ *exhibeat. In Botanicâ ſacrâ p. 533. a.* Sed quæ fuit ratio ſcriptionis? ſcripta ſunt nomina, vel *appensâ membranâ*, vel *atramento*, vel *inciſurâ*. *Non illâ;* quæ facilè mutari potuiſſet, nec prorsùs abfuiſſet fraudis ſuſpicio, quam tamen Moſen omni curâ in hoc negotio evitaſſe, tam certum eſt, quàm quod certiſsimum; *non iſto:* cùm enim atramentum ſeu quodvis liquidum lignum non tam penetret, quàm maculet, & quæ atramento notantur, facilimè vel mutari vel deleri poſsint, probabile eſt, & hoc ſcriptionis genus Moſen non admiſiſſe, ne haberent malevoli, quod in hoc miraculo ſugillarent.

XXVI. Ideoque *inciſurâ* potiùs notatio facta fuit, ob (1) *certitudinem*, quia non facilè deleri potuit, quæ ratio hic potiſsimùm venit attendenda, (2) ob *conſuetudinem*. Ita ſolebant Paſtores *inciſurâ* notare ſuos baculos, vel virgas, quæ eſt conjectura *Joh. Henr. Urſin. in Arbor. Bibl. cap. XXX, 388.* (3) ob *aptitudinem*, quòd factâ inciſione commodiùs fieri poterat. nec abludit vox Hebræa כתב, quæ quidem in genere de ſcripturâ uſurpatur, Pſ. XL, 8. Jer. XXXII, ult. XXXVI, 17 &c. interdum tamen de inciſione, quorſum refero Lev. XIX, 28. *ſcripturam ſtigmatis:* non ponetis in vos γϱάμματα ϛικτά LXX. &, quòd ſcriptio in tabulis lapideis, manu Dei ſculpta, voce-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

tur ab hâc voce מכתב, *Mictab* Exod. XXXII, 17. Nec fruſtra LXX ἐπίγραφον verterunt; quòd hîc fuerit ſolennior ἐπιγραφὴ non tam ſcripta, quàm ſculpta. Favet huic conjecturæ, quòd de Moſis Virgâ Hebræi affirmant, illi inſculptum fuiſſe nomen Dei. Vid. ſequentem Qu. 6.

QU. VI. *An Aaronis Virga eadem fuerit cum Virgâ Moſis?*

XXVII. Sæpius *virgæ Moſis* meminit Scriptura, eamq; vocat *Virgam Dei*, ob ſingularia miracula, quæ, adminiculô hujus Virgæ, à Moſe ſunt edita: *Reverſus eſt Moſes in Ægyptum, portans virgam Dei in manu ſuâ*, Exod. IV, 20. nempe illam virgam, de quâ dixerat Deus: *Baculum iſtum accipito in manu tuâ, quô edas ſigna illa*, Exod. IV, 17. Quamvis Hebræi hujus appellationis aliam adferant rationem; fuiſſe nimirum quadratam, & in quatuor lateribus nomen Dei Tetragrammaton, ſive quatuor literarum, inſcriptum, ita ut ſingulis virgæ lateribus una nominis litera eſſet inciſa, & inde dici *Virgam Dei*, ut eſt apud *Marchant. Hort. Paſt. p.* 996, 6. Sunt qui Virgam Aaronis eandem cum Virgâ Moſis, miraculorum patratrice, adſerunt, ex quibus eſt *Eſtius, Comment. in cap. IX Epiſt. ad Hebr.* idq; confirmare ſatagit ex Num. XX, 9. Sed rectè hoc ipſo loco negat *Bonfrerius*, nec deſunt argumenta. Etenim Expreſsè in Textu dicitur *Virga Levi*, non Moſis v. 3. & *Virga Aaronis*, quæ erat inter alias Principum virgas, v. 6. & floruerat, v. 8. deponenda deinde ante teſtimonium, v. 10. *Cæteri* etiam *principes ſuſpectum habuiſſent Aaronem & Moſen, ſi ipſe fratri adſignaſſet virgam illam, quæ tot portentorum erat operatrix; cùm alii communem virgam acciperent, conſequenterq; miraculum florentis virgæ, non Aaroni, ſed virgæ tribuiſſent; ut bene monet Marchant. de Virga Aaronis florente, Lect. I p. 997. a.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

XXVIII. Fruſtra verò objicitur, quòd de Virgâ, quâ petram Moſes percuſsit, dicatur, quòd Moſes eam acceperit è conſpectu Johovæ, Num. XX, 9. ac ſi eaipſa fuiſſet virga, quam hîc *coram Jehovâ* relinquere Moſes jubetur, Num. XVII, 10. Rectè enim ex hôc locô adſerit *Bonfrerius*, non Aaronis tantùm, verùm etiam Moſis virgam, coram Domino adſervatam fuiſſe in Tabernaculô, quod volunt *Urſin. in Arbor. cap. XXXI, 4. p. 387. Diet. in Artic. Bibl. p. 534. a.* Negat tamen *Joſ. Hall. in Viſion. Bibl. P. I. p.* 480. Quidam percuſsionem iſtam factam adſerunt virgâ Aaronis, non Moſis, *vid. Batav. Gloſſ.* ad Num. XX, 9. ſed obſtat locus Parallelus, ubi apertè ſatis hoc miraculum attribuitur virgæ Moſis: *accipe baculum tuum, quô percuſſeras rivum illum; accipe in manum tuam, quum eris abiturus,* Exod. XVII, 5.

QU. VII. *Virga Aaronis fueritne Viatoria, necne?*

XXIX. Quòd non fuerit viatoria, **ein Hand-Reiß oder Geh-Stekken** patet (1) *ex voce* מטה, pro inſigni tribus aliquoties adhibitâ, Num. II, 5, 7. ſeqq. Joſ. XX, 9. unde probabiliter colligitur, tribuum Iſraeliticarum ſigna fuiſſe baculos, inſcriptis earum nominibus, Num. XVII, 2. (2) *ex facto* Principum Iſraelitarum, Moſi ſingulas afferentium Num. XVII, 6. (3) *Ex quantitate* Arcæ fœderis reſpondenti aut convenienti, in quam integra erat reponenda v. 10. Quod ſi viatoriæ fuiſſent, locus huic Virgæ anguſtior eſſet adſignatus. (4) *Ex figurâ*, quâ paſsim conſpicitur in nummis & ſiclis Judæorum, quas rationes affert *Diet. de Tabernaculi exſtructione p.* 203. Sed ſi viatoria non fuit;

QU. VIII. *Qualis ergo?*

XXX. *Inſigne ſummi ſacerdotii & Magiſtratus, ſceptro ſimile, aut lituo,* de quo *Tiraquell. in Alex. ab Alex. lib. V, c. 19.*

 p. 744

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

p.744. cujus rei non leves ſunt conjecturæ. Reges enim & Principes non tantùm baculos ſuos geſtabant, aut virgas; ſed etiam Sacerdotes. A Diis accepiſſe conſuetudinem ſolebant gloriari. Ita *Minos* in Cretâ apud Heſiodum, ζηνὸς ἔχων σκῆπτρον, τῷ καὶ πολέων βασίλευε: *Jovis habens ſceptrum, quo & urbes regebat.* Quod *Plato* in Minôe cenſuit *Jovis doctrinam* eſſe. Ita Meſsiæ Sceptrum, *doctrina*, Pſ. CX, 3. Eſ. II, 4. Sic Chryſes Sacerdos *Apollinis coronam aureumq́; Sceptrum* manu præfert apud Homer. Iliad. I. v. 10, 15.

—— —— —— ὀλέκοντο δὲ λαοὶ,
οὕνεκα τὸν χρύσην ἠτίμησ' ἀρητῆρα
ἀτρείδης. ὁ γὰρ ἦλθε θοὰς ἐπὶ νῆας ἀχαιῶν,
λυσόμενός τε θύγατρα, φέρων τ' ἀπερείσι' ἄποινα,
στέμματ' ἔχων ἐν χερσὶν ἑκηβόλου ἀπόλλωνος.
χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ, καὶ ἐλίσσετο πάντας ἀχαιούς.

—— —— —— Peribant verò Populi,
eò quòd Chryſen inhonoravit Sacerdotem
Atrides. Is enim venit currentes ad naves Græcorum.
Liberaturus filiam, ferensq́; infinita dona,
coronas habens in manibus eminus ferientis Apollinis.
Aureo cum ſceptro, & precabatur omnes Græcos.

XXX. *Virgam à Muſis* quoque accepit Heſiodus; & Magi ſuas habebant ῥάβδους è lauru, αἰσάκους dictas; Augures *Lituos* ſuos recurvos; Epiſcopi ſua inde peda, baculos in fine acutos, in medio rectos, recurvos in ſummo, de quibus *Hælzlin. in Apollon. Argon. p. 34. Et Stengelius in Pomonâ cap. X. p. 133.* Unde in Concilio Conſtantinopolitano legimus, Marinum, Romani Pontificis Vicarium, Plotio ad Synodum ingredienti, baculoq; ſolenni innixo mandaſſe, ut pedum deponeret: *Quia*, inquit, *baculus eſt ſignum Dignitatis Paſtoralis, quod hic*

habe-

habere nullatenus debet: quia lupus eſt, non Paſtor. In Concil. Conſt. act. 7. refero ex fide *Jac. Maſen. Spec. Imag. Cap. XXXII,* 417. Quorſum referendus quoque Virgarum apud Veteres uſus eximius, in ſacris & vaticiniis, de quo vid *Cæl. Rhodig. Lect. Antiq. l. VII, cap. XXIX, p. 379, 380.* ubi & hoc notat, quod ad rem noſtram facit, Hebræorum ritibus, *Virgam habere in manu,* doctrinæ habuiſſe indicium, *pag. 383. Credas, hæc κακοζηλίᾳ paganâ, ab exemplo Moſis orta, & Aaronis; quorum ille primò ut Paſtor, deinde ut Dux exſulum & peregrinantium: hic ut ſummus Sacerdos baculos ſuos geſtaverunt.* Verba ſunt *Joh. Henr. Urſin. Arboret-Bibl. cap. XXXI, 4, p. 387.*

XXXII. Tertium mandati momentum eſt, *Pone*, vel, ut v. 4. hæc mandati pars exprimitur: *Ponesq́ eas in tabernaculo fœderis coram Teſtimonio, ubi loquar ad Te.* Injungitur ergo Moſi, ut certo loco collectas virgas deponat, qui locus deſcribitur in Textu: 1. *generaliter, in Tabernaculo fœderis,* quo nomine appellatur Templum Moſaicum, inſtar tentorii in deſerto erectum, cum adjectione verò dicitur מוֹעֵד, à יעד, *certum conveniendi locum vel tempus conſtituit,* Nomen Heemant. converſo י in ו *conventus, locus præfixus, Tempus determinatum:* & eſt propriiſsimè locus, ubi ex conſtitutione divinâ conventus fiebant ſolennes, ut non ineptè dixeris *Tentorium Eccleſiæ, congregationis, conventûs.* Lutherus ab indictione vocat **die Hütten des Stifftes**/vel **Stiffts-Hütte**/ & verſionis ſuæ ipſe reddit rationem: **das Hebreiſche Wort** *Möed* **haben wir nicht anders wiſſen/noch wollen teutſchen. Es ſoll aber ſo viel heiſſen/als ein gewiſſer Ort oder Ståte/wie ein Pfarr-Kirchen oder Stifft/dahin das Volck Iſrael kommen/und Gottes Wort hören ſolte/damit ſie nicht/ihrer eignen Andacht nach/hin und wieder lieffen/auf Bergen/in Gründen/und andern Orten/GOtt zu opfern.** in Gloſſ. ad Exod. XXVII, 21.

XXXIII. 2. *ſpecialiter: coram Teſtimonio*, nimirum deponendæ erant virgæ *in Tabernaculo, coram arcâ fœderis*, quæ in tertiâ Tabernaculi parte omnium ſacratiſsimâ & ſecretiſsimâ in adytis ejus occultabatur, deſtinatâ ſervandis divinæ legis tabulis, imò Virgæ Aaronis & Mannæ. Dicitur autem hæc Arca hîc & alibi *Teſtimonium* abſolutè,(1) *ratione Dei*, quia Arca teſtimonium erat, de quâ teſtatus erat Deus, quòd ibi habitaturus, &, quòd inde populo ſuo opem ſuam imploranti, propitium ſe exhibiturus eſſet. (2) *ratione ſui*; obſervabantur enim ibidem Tabulæ lapideæ, in quibus Decalogus ſcriptus erat, tanquam *divinæ voluntatis teſtimonium*; inde quoque dictæ *Tabulæ teſtimonii* Exod. XXXI, 18. XXXII, 15. & abſolutè *Teſtimonium* Exod. XVI, 34. XXV, 16, 21. XL, 20. (3) *ratione populi*; quia ex Arcâ Deus Moſi *teſtimoninm* ſuggerebat, Moſes populo. Videantur loca ſimilia Exod. XVI, 34. Lev. XVI, 13. XXIV, 3. & conferantur Exod. XXVI, 33, 34. XXX, 6, 26. XL, 3, 21. Num. IV, 5. VII, 59. Jer. IV, 16.

XXXIV. 3. *Singulariter*, cum additione, *ubi loquar ad Te, ita* Vulg. *ubi convenire ſoleo vos*, Jun. in fonte eſt אִוָּעֵד à rad. יעד, de quâ Theſi XXXII. LXX. γνωσθήσομαι, *Indicar*, Avenar. *Lutherus* non malè elegantiam Hebr. Linguæ expreſsit in vocibus אִוָּעֵד עֵדוּת **für dem Zeugniß/dafür ich euch zeuge.** Finis enim Arcæ fœderis erat, ut eſſet viſibile quoddam præſentiæ Dei teſtimonium Pſ. XLVII, 5. *Hinc* ad Moſên ait: *conveniam tecum illuc, & loquar tecum à propitiatorio inter duos Cherubim, quod eſt ſuper arcam teſtimonii, quæcumque præcipiam tibi dicenda filiis Iſrael*, Exod. XXV, 22. Aptiſsimns ſanè huic miraculo locus, ut filiis Iſraël conſtaret, à ſolo Deo, ejusq; Majeſtatis Throno exſpectandam eſſe hujus controverſiæ deciſionem. Quod ſi quis hîc ſuſpicionis quidquam ſubeſſe

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

ſuſpicaretur, injurius eſſet in Deum, cujus præſentiæ in Arcâ teſtimonii gratioſæ, omnes Virgæ quaſi offerebantur & dedicabantur. *Deus hîc erat in Templo ſuo ſancto, ſileat à facie ejus omnis caro*, Hab. III, 20.

QU. IX. *Cur autem ex mandato divino Virgæ coram Teſtimonio deponi debebant?*

XXXV. Tres erant hujus depoſitionis cauſæ: *Prima*, ut Autoritas hujus miraculi in loco hoc diviniore major eſſet. *Secunda*, ut omnis ſuſpicio fraudis eò meliùs declinaretur. *Tertia*, quia coram Teſtimonio adſervari debebat Virga miraculo florida, congruum erat, ut eoipſo in loco flore ſuo veſtiretur, ubi in ſignum divini miraculi erat deponenda. *Vid. Walth. in Epiſt. ad Hebr. Conc. XLVII. p.* 589.

CAPUT SECUNDUM.

Promiſſum Eminentiſsimum.

XXXVI. FUit in *Oraculo* noſtro ſacro *Mandatum evidentiſſimum*, de colligendis, notandis, & deponendis virgis. Sequitur *Promiſſum eminentiſſimum*, quod verſu continetur 5. *Quem ex his elegero, germinabit virga ejus, & cohibebo à me querimonias filiorum Iſraël, quibus contra vos murmurant.* Tria hîc notamus 1. *Promiſſi objectum*, ſeu, cui facta promiſſio, nempe ei, quem Deus ad ſacerdotium ſummum electurus erat. In Fonte eſt: *& erit;* (Jun. eritq;. *Vulg.* & *Luth.* in ſuâ omiſerunt verſione hanc formulam, Hebræis in Hiſtoricâ narratione propriam, eventum alicujus rei certum enarraturis, *conf. Glaſſ. Phil. Sacr. lib. IV. Tract. I. obſerv. VII, p.* 880.) *illius Viri* (cum ה demonſtrativo, quia ad certam Perſonam à Deo, mediante hoc miraculo, eligendam reſpicitur, unde mox) *quem elegero,* non, quòd alia perſona eligenda ſit præter

Aaro-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

Aaronem, jam à Deo in ſummum Sacerdotem electum, ſed, quòd novâ electione erat confirmandus, non aliter ac ſi noviter eſſet electus. Non ergo hìc opus erat liturâ Batavorum ad Luth. verſionem hæc annotantium: **oder: und es wird geſchehen/daß welchen ich erwehlet habe/ u. ſ. w.**

XXXVII. 2. *Promiſsi affectum*, vel quid promiſerit Deus, *efflorescentiam*, cum ſtupore ſpectandam, in virgâ ejus, quem Deus elegerit. Lutherus reddidit, **des Stekke wird grünen/** quia v. 8. expreſsè diſtinguitur à radd. aliis, quæ ſignificant, *florere, & fructum ferre*, ut poſtea videbimus. Sufficit hìc notaſſe, quòd, cùm Homo amplus ſit in promiſsis, parcus in præſtandis; Deus ex adverſo pauca promittit, ſed plura præſtat. Promiſerat in virgâ Aaronis eligendi h. v. germen, & ecce reperit Moſes non modò germen, ſed & florem, & fructus in eâdem Virgâ. Bene igitur Origenes: *promiſit Deus germen virgæ, & plura dedit. Unum promiſit, ſc. germen, & quatuor dedit, ſc. germen, flores, frondes, fructus.* Unde ſolet dici:

Plus dat, quàm tollat, aut ſpondeat, atque petatur,
Job, Salomone Deus virgâ florente probatur.

Hugo, Tom. I. fol. 139. *col.* 1.

XXXVIII. 3. *Promiſsi effectum*, ſeu finem, cur Deus hæc promiſerit? Luth. **daß ich das Murren der Kinder Iſrael / daß ſie wider euch murren/ſtille.** Junius ellipſin hìc ſtatuit verbi, *ſic ſedando* avertam *à me;* cui adſentiunt in ſuâ verſione Batavi, & ita textum in ordinem redigere ſatagunt: *Ego murmurare filiorum Iſrael, quod murmurant adverſum vos, contra me* (Hebr. de-ſuper me) *ſedabo.* q. d. faciam, ut deſiſtant murmurare adverſum me, & ſimul adverſum vos. Cùm enim contra vos; actu ipſo quoque contra me inſurgunt. Lutherus ſuâ vertendi facilitate difficultatem hanc facilè ſuperavit.

Vid.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

Vid. tamen eorum Gloſſam ad Geneſ. XII, 15. quorſum lectorem remittunt.

XXXIX. Verus ergò, hìc loci, miraculi denotatur finis, qui fuit *gloria Dei, Confirmatio Aaronis Summi Sacerdotis*, & quæ inde ſperanda, *ſedatio populi* ſeditioſi, adverſus Deum, ejusq; conſtitutiones murmurantis; quippe qui miniſtrorum ſuorum contemtum, &, quæ in illos jactantur probra, non aliter vindicat, ac ſi facta ſibi eſſent. Qui *Chriſtianos ſuos* tangit, tangit pupillam oculi ſui, Zach. II, 8. Saul, fidelium perſecutione, perſequebatur Chriſtum, Act. IX, 4, 5. Samuele ſpreto, ſpernitur ipſe Deus, I. Sam. VIII, 7. David, Legatorum ſuorum injurias vindicat, tanquam ſuam, II. Sam. X, 4, 7, Idem facit Deus, vindicans ſuorum ſervorum injurias, approbante Chriſto: *Qui vos audit, me audit: qui verò me aſpernatur, aſpernatur eum, qui miſit me*, Luc. X, 16. q. d. Ne ſitis animo triſti; qui ſpernit vos, me ſpernit, & patrem meum, & ita injuria non veſtra eſt, ſed in Deum tranſit. Conſolatio igitur ſit nobis, quòd hæc Dei ſit injuria. *Theophyl. in Luc. f. 197, b.* Senſus ergo verborum eſt, ac ſi dixiſſet Jehova: *Singulari & planè amabili miraculo palàm faciam, quem, ex omnibus tribubus, elegerim ſummum Sacerdotem. Ejus enim virga unâ nocte contra omnem naturam, germinabit, florebit, feretq; fructus: quamvis lignum ſit planè aridum, absque omni ſucco, idq; eo faciam fine, ut qui ſunt ex Iſraëlitis reliqui, adverſus te, tuumq; fratrem Aaronem murmurare deſinant, non imitantes illos, quos jam ira mea devoravit.* Quam hujus loci periphraſin habet *Walth. in Epiſt. ad Hebr. p. 589.* & ſimul annectit

QU. X. *Cur hoc ipſum miraculum Deus ad confirmandum Aaronis Sacerdotium elegerit?*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

XL. Reſpondet verò verbis Ambroſii: *Virga illa Aaronis, quid aliud florens oſtendit, niſi, quòd nunquam Sacerdotalis marceſcat gratia, & in ſummâ humilitate habeat in ſuo munere commiſſæ ſibi poteſtatis florem.* Significabatur enim per virgam amygdalinam jus primogenituræ, quæ inter reliquos filios eſt inſtar amygdali, primò florentis inter arbores, quòd illud, unà cum annexo Sacerdotio, Aaroni divinitus ſit adſignatum. Et quia amygdalus poſtrema inter arbores folia amittit, teſte *Philone l.* 3. *de vita Moſis,* (& *Olympiodoro in Eccleſ. Salom. C. XII.*) ideo ad perennem Sacerdotii Aaronici vigorem, usque ad Meſsiæ tempora duraturam, hoc accommodari poteſt. Addit l. c. *Ambroſius* hoc amygdali florentis ſignum contigiſſe, *Aarone jam ſene, & ad mortem vergente.* Erat enim hoc tempore ad minimum LXXXVI annorum, ut ſignificaretur, quòd *populus Senior & Sacerdotalis, longævæ infidelitatis, vetuſtate carioſus, ultimis mundi temporibus, imitatione Eccleſiæ reformatus, in nova ſtudia fidei & devotionis emortuum jam tot ſeculis florem, per redivivam gratiam emiſſurus ſit, Ambroſ. lib. X, Ep. LXXXII. Conf. Joh. Cunrad. Diet. in Botan. Sacr. p.* 533, 534.

CAPUT TERTIUM.

Obſequium Populi Obedientiſsimum.

XLI. Supereſt *in Oraculo* noſtro, ut contemplemur, *Obſequium Populi obedientiſsimum,* de quo in Textu, ſecundùm *Junii* verſionem (*Vulgata* enim hâc non ſatis eſt accurata) *Quæ cum locutus eſſet Moſche ad filios Iſraelis, dederunt ei omnes duces eorum virgas ſingulas, in duces ſingulos domûs paternæ ſuæ, duodecim virgas: eratq; Virga Aaron inter virgas illorum.* Omnia hîc ſunt facillima, nec ulla indigent explicatione.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

tione. Ut enim hic habes Obedientiam Principum, Deo præſtitam; ita ſequenti verſu Obſequium Moſis, Virgas Iſraeliticas cum Aaronis Virgâ coram Teſtimonio deponentis: *Reliquit autem Moſche Virgas illas coram Jehovâ in tentorio Teſtimonii.* Deſcribitur ergo duobus hiſce verſibus (1) Moſis allocutio, qui oraculum divinum populo Iſraelitico, præcipuè tamen principibus Tribuum, auſcultante populo, detulit. (2) *Principum obſecutio,* virgas ſuas promtiſsimè offerentium, nominibus propriis vel jam inſignitas, vel iisdem notandas.

XLII. (3) *Virgarum collocatio,* facta à Moſe in Tabernaculo, coram Jehovâ, qui præſentiam ſuam in propitiatorio inter Cherubinos arcæ fœderis promiſerat. Inde eſt, quòd Moſes v. 4. juſsit, ut deponeret virgas *coram Teſtimonio;* hîc verò v. 7. dicitur eas collocaſſe *coram Jehovâ,* non, quòd Arca fuerit Jehova, vel arcæ fœderis tribuatur nomen יהוה; ſed propter peculiarem illam præſentiam Dei circa arcam, quia ex propitiatorio ſuper arcam inter Cherubim reſponſa Iſraëlitis à Deo dabantur. Exod. XXV, 22. Nolumus tamen cum *Theod. Hakſpan. Annot. in Num.* cap. X, 35. v. 1. p. 464. erroris ſtatim inſimulare, ſi qui ex noſtris dicant, Arcam à Moſe vocari יהוה, propter peculiarem Dei præſentiam in arcâ; quod faciunt præter *Druſium & Pellicanum* è Calvinianis; *Gilbertum Genebrardum* in Pſ. LV. è Pontificiis, etiam ex noſtris *Meiſn. Phil. ſobria. Gerhard. Tom. V. L. C. 73. a. & Chemnit. P. II. Exam. Conc. Trident.* Ipſe alibi concedit, *arcam appellari Jehovam,* quamvis id fiat maximè impropriè in not. ad Num. XXXII, 20. p. 502. quod nec hi diffitentur. Evolvat modò Lector l. c. Sed hæc obiter ſaltem notamus.

XLIII. Nobis promtum Moſis obſequium illuſtre documentum eſt Encomii, eidem ab Autore Epiſt. ad Hebræos

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

attributi: *Moſes fidus fuit in totâ domo Dei, ut famulus, ad teſtificanda, quæ poſt erant dicenda*, Hebr. III, 5. Certè, ſi hanc rem cum carne & ſanguine communicaſſet, & rationis momenta curioſiùs ſcrutatus fuiſſet, nunquam credidiſſet, flores ex virgâ aridâ, tot jam annos manibus tractatâ, eſſe erupturos. Aſt ſoli divinæ voluntati, ejusq; mandato intentus, ſibi perſuaſit, *poſſe Deum, quæ promiſerat efficere*, Rom. IV, 21. quippe, *apud quem non eſt impoſſibile ullum verbum*, Luc. I, 37. *Poteſt* potiùs *ſuperabundanter facere ſuper ea, quæ petimus, aut intelligimus*, Eph. III, 20. Firma regula eſt de Deo, nullis rationum cuniculis evertenda: *Deus noſter in cœlo eſt, & quæ vult facit*, Pſ. CXV, 3. Sed hîc nobis evolvenda quæſtio ſatis ardua.

QU. XI. *Quot fuerint Virgæ, coram Teſtimonio à Moſe collocandæ?*

XLIV. Diximus, Vulgatam Verſionem hîc non ſatis eſſe accuratam, quod inprimis de v. 6. intelligendum: ubi perperam legit: *Fuerunt Virgæ duodecim absque Virgâ Aaron.* Peperit hæc lectio varium Virgarum numerum, uti videre eſt *in ſolo Hugone*, qui in iis numerandis mirè ſe torquet. *Moſes*, inquit, *tulit ex præcepto Domini duodecim virgas duodecim Principum, & ſcripſit in unaaquâque nomen ſuæ tribûs, vel potiùs, nomen Principis. Tulit & tertiam decimam pro Levi, in quâ ſcripſit nomen Aaron: præter has virgas ſumſit & aliam virgam, ſcil. decimam quartam, in quâ ſcripſit omnia nomina duodecim tribuum:* (deceptus eſt Hugo *Vulg. Verſ.* quæ v. 3. habet: *& una virga cunctas eorum familias continebit*, communis ſcilicet, 14, vel 13. ſecundùm diverſas opiniones, quæ eſt Gloſſa Hugon. in h. v.; cùm tamen in Fonte hujus ſententiæ nullum ſit veſtigium, Conf. quæ ſupra dicta ſunt Theſi XXIII.)

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

Quod ideo factum eſt, ut, ſi contingeret miraculum in virgâ communi, conſtaret, quòd Deus de qualibet tribu aliquem, vel aliquos elegerat Sacerdotes; ſi in unâ ſolâ, tantùm de illâ elegerat Sacerdotes; ſi in duabus, de illis, & ſic deinceps. Aliqui tamen dicunt, quòd non fuerunt ibi, niſi tredecim virgæ, una communis, & duodecim, pro duodecim tribubus ſigillatim. Nam pro tribu Manaſſe, & pro tribu Ephraim, non eſt poſita, niſi una virga: quia illæ duæ fuerunt de uno filio Jacobi, i.e. Joſeph. Sed Joſephus videtur velle, quòd quatuordecim virgæ fuerunt, ut prædictum eſt. Et poſt pauca: *Nomen Aaron erit in Tribu Levi, i.e, in virgâ Levi, quæ fuit tertia decima juxta primam opinionem, vel una de duodecim, juxta aliam opinionem, cui videtur Magiſter in Hiſtoriis conſentire. In Comment.* ad h.l. Tom. I fol. 138, col. 4.

XLV. Quæ hîc affert de Virgâ, ut vocat, communi, nituntur non modò minùs commodâ *Vulg.* Verſione, ſed & falſâ Hypotheſi, quam in præcedentibus his exponit verbis: *Mortuis Core, Dathan, & Abiram, ac ſociis eorum, multisq; de populo igne conſumtis, nondum tamen ceſſavit populi tumultus ſuper ſacrificiis Aaron. Dicebant enim* (ſed ubi hoc in Textu dicitur, quod ex merâ conjecturâ hîc dicit Cardinalis? *etſi Dominus prædictos Levitas non elegit, poteſt tamen eſſe, quòd aliqui de aliquâ tribuum reliquarum digni eſſent Sacerdotio: Vel fortè de omnibus tribubus vellet Dominus aliquem eſſe Sacerdotem, vel aliquos, ne tanti myſterii* (leg. miniſterii) *dignitas uni domui, & tam paucis miniſtris crederetur.* Lubricum ergo hujus opinionis eſt fundamentum, ne dicam, quòd ipſi è Pontificiis, *Steuchus, Cajetanus,* & *Joh. Bened.* obſervent, *in Vulgatâ* omiſſum eſſe, quod erat maximè neceſſarium: *& Virga Aaron in medio eorum,* imò additum, quod in Fonte nuſpiam

 appa-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

apparet: *Fuerunt Virgæ duodecim abſqne Virga Aaron.* Ita enim non modò legit Vulgata, ex Editione *Antonii Kobürger,* in regiâ (ſunt verba edit.) civitate Norimbergenſi, quæ prodiit Anno Domini 1475. d. 16. Nov. fere ante ducentos annos, tantæ molis, ut vix ac ne vix quidem à duodecim annorum puero portari poſsit, quam inter libellos meos numero: nec à ſuâ matre diſſentit Verſio Saxonica, de Anno 1520: **Un der Roden waren twölffe/ane** Aaronis **Roden:** Sed & eaipſa, quæ eſt Clementinæ Editionis, conſentit, quod affirmat *Calovius in Crit. ſacr. de erroribus Vulg. Verſionis* p. 567, 692.

XLVI. *Corrigenda ergo hæc Translatio.* (ſunt verba ejusdem Theologi) *Si enim virgæ fuerunt duodecim abſque Virgâ Aaron, tredecim oportet eas fuiſſe. At fuerunt tantùm tot Virgæ, quot tribus Iſraël. Nam licet Levitæ non haberent hæreditatem, hîc tamen ceu capaces Sacerdotii annumerati ſunt.* Ebræus Textus habet: *& in medio earum, Virga Aaron. Comment. Majori in univerſum V.T. ad Num. XVII, v. 5.* Conſentit *Quiſtorpius; Vetus,* inquit, *habet, absque Virgâ Aaron. Malè. Sic enim tredecim fuiſſent virgæ, quod Textus negat, in annot. ad Num. XVII, 18. p.* 172. Diſſentiunt è noſtris Vinarienſes, qui expreſsè ad verba: **Und der Stekken Aaron war auch unter ihren Stekken**/ addunt: **welcher der dreyzehende geweſen/ weil der Joſephs-Stam in zween Stämmen abgetheilet war:** cum quibus facit *Walth.* qui eorum verba fere repetit: **nemlich / als der dreyzehende / weil das Hauß Joſephs in die zween Stäm̃ Ephraim und Manaſſe getheilet war** / *Comment. ad Hebr. pag. 589.*

XLVII. Diverſitas oritur ex diversâ numeratione tribuum Iſraëliticarum, quas ſi dixeris fuiſſe duodecim, non annumeratâ tribu Levi, fuerunt tredecim Virgæ; ſin conjunxeris

ris tribus Ephraim & Manaſſe, & pro unâ ſumſeris; fuerunt ſaltem duodecim, & inter illas quoque Virga Aaronis, pro tribu Levi, quam hîc annumeratam fuiſſe reliquis tribubus, & eâdem ratione cæteris virgis, Virgam Aaronis, omninò probabile videtur. Diſertè enim dicitur, quòd Virga Aaronis fuerit in medio earum, i. e. inter duodecim alias, & iis fuerit annumerata, quæ ſimpliciſsima eſt hujus commatis ſententia.

CAPUT QUARTUM.

Miraculi ipſius Conſummatio.

XLVIII. Fuit *de Miraculo Oraculum* ſacrum, ſeu Mandatum divinum, cum annexâ promiſsione, & exſecutione ſatis fideli fidelis in Domo Dei ſervi Moſis; ſuccedit alterum Membrum, quod eſt *ipſum divinum Miraculum*, deſcriptum à Moſe ratione 1. *Conſummationis*, 2. *Manifeſtationis*, & 3. *Conſervationis*.

XLIX. Quà *conſummationem* Miraculi, in genere notandum, formalem miraculi rationem, quæ in oculos non incurrebat, nĕc incurrere poterat, à Moſe deſcriptam non eſſe, imò nec deſcribi potuiſſe; cùm opera Dei, quomodo illa à divinâ potentiâ, mirabili ratione, proficiſcuntur, humanis ingeniis ſint incomprehenſibilia, & imperſcrutabilia. Cum Paulo hic exclamandum: *O profunditas divitiarum, tum ſapientiæ, tum cognitionis Dei; quàm inſcrutabilia ſunt ejus judicia!* in Core Dathan & Abiram, *& ejus viæ*, edendi miraculum in aridâ Aaronis Virgâ, *imperveſtigabiles! Quis cognovit mentem Domini? aut quis fuit à conſilio?* Rom. XI, 33, 34. *Conſummationem* ergo *miraculi* dicimus, non ipſam *actionem* divinam, quæ fuit perfectiſsima, & à quâ miraculum hoc ſuam habuit conſummationem. Neque enim Moſes hanc vel vidit,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

dit, vel deſcripſit, ſed ſolùm *effectionem*, quæ ex ipſâ actione profecta eſt, quam ſolam Moſes, cùm Tabernaculum ingreſſus fuerat, à poſteriori, ut ita loquamur, obſervavit: *Regreſſus Moſes ſequenti die invênit, germinaſſe virgam Aaron in domo Levi, & turgentibus gemmis eruperant flores, qui foliis dilatatis in Amygdalas deformati ſunt.* Ita *Vulgat.* Ingens ſanè miraculum, ſi conſideremus, quæ in hâc deſcriptione obſervationem merentur. Sunt illa ſecundùm ſeriem Textûs, quòd 1. ſequenti die, i. e. unâ nocte florida facta fuerit, & quidem 2. inter omnes Virga ſola Aaronis, quæ cum aliis arida fuerat, 3. itaq; ſimul folia, flores & fructus eleganti ſpectaculo oſtenderit.

L. Ingens, inquam, miraculum, ſi ſpectemus 1. *Temporis notam*, quamdiu relicta fuerit *in Tabernaculo coram Teſtimonio?* non per aliquot menſes, nec per aliquot ſeptimanas, nec per aliquot dies; ut vel interea ſi non naturâ, tamen arte Magiſtrâ, potuerit exornari; ſed, cùm ſequenti die ingrederetur Moſes Tabernaculum, quo præcedenti Virgas apportarat, ecce! jam tum floridam reperit, quam aridam reliquerat, unâ nocte tanto decore veſtitam, quantum nec in viridi, Natura, omnium parens, per anni circulum omni operâ & ſtudio perficere potuiſſet. *Severus Sulpitius*, Abbatis cujusdam in Oriente Virgam toto triennio irrigatam refert floruiſſe, *Dial.* 1. *cap.* 13. Caſsianus idem narrat, ſed germinaſſe non meminit. *Senex*, inquit, *evulſit levi commotione virgultum, ſicq; projiciens præcepit, ut deinceps rigare non deſineret*, lib. IV. Inſtitut. cap. 24.

LI. Nos nihil laborabimus, ſitne Hiſtoria, an Fabula? nemo tam cœcus, qui non videat, quantum diſtent æra lupinis. In Abbatis virgâ rigatio per tres annos continuata, in

Aaro-

Aaronis nulla; in illâ duobus annis elapſis nec quidquam germinis animadverſum, in noſtrâ ſequenti die; Illa terræ inſerta, hæc ne quidem ſolo poſita, nec ſoli expoſita, ſed ſine terrâ coram Teſtimonio absque omni curâ jacebat, quieſcebat: quid? germinabat, effloreſcebat, amygdalas oſtentabat. Nec mirum, ſi miraculi fama fabulas reperit, pro aſtutiâ Diaboli & invidiâ: *Haſtile Romuli* creviſſe in Cornum arborem, *Plutarch. in Romulo.* Herculis clavam, ex oleaſtro, ſolo depactam regerminaſſe, *Pauſan. in Corinthiacis*: *Mercurii*, inquit, *ibidem ſignum, cui clavam ab Hercule dedicatam perhibent, ab oleaſtro abſciſſam.* Quod adjiciunt miraculum, haut ſcio, an cuiquam fide dignum videri poſsit, *eam clavam radicibus actis regerminaſſe.* Oleaſter ſanè hâc etiam æſtate monſtratur. *Ita G.V.S. Germanus meus chariſſ. in Amœnitat. Hiſtor. Cent. II, cap. XVI. p.* 667. Primislai Bohemiæ Ducis, ab ſtivâ ad ſceptrum vocati, ſtimulum in Corylum evaſiſſe, Villæq; incolas, immunitate donatos, quotannis exiguam inde natarum avellanarum menſuram, pro tributo, pendere ſolitos, eſt apud *Æneam Sylvium cap.* 6. *Hiſtor. Bohem.* Parallela lege apud *Stengelium è legendis, Pomonæ ſuæ, cap.* 2. cit. *Urſin. Arbor. Bibl.* cap. XXXI, p. 389.

LII. Ingens miraculum, ſi ſpectemus 2. *Aaronis Virgam*, quæ non ſola coram arcâ fœderis depoſita fuerat, & tamen ſola florebat. Omnes virgæ, jubente Deo, *in Tabernaculum* illatæ, *coram Teſtimonio* aſſervatæ, in Templo Moſaico *coram Jehovâ* relictæ, ſi quid hic locus, poſitus, juſſus facere potuit; cur non omnes ſimul germinarunt? Omnes, quòd per tot annos manibus tractatæ fuerint, pari modo arefactæ; nihilòminùs Virga Aaronis florida effecta. quæris? quo ſole? quâ terrrâ? quo ſucco mediante? *Sol* erat Deus; *terra* divina

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

gratia; *ſuccus*, Dei nutus & juſſus; *Sol*, de quo David: *Sol & ſcutum eſt Jehova Deus, gratiam & gloriam dat Jehova*, Pſal. LXXXIV, 12. *Terra*, quam deprædicat idem: *quàm magnificata ſunt opera tua, Domine, omnia in ſapientiâ feciſti, impleta eſt terra poſſeſſione tuâ, bonis tuis, Luth.* Pſ. CIV, 24. *Succus*, de quo in Pſalmis: *Ipſe dixit & facta ſunt, ipſe mandavit, & creata ſunt*, Pſ. XXXIII, 9.

LIII. Quod ſi enim Virga Aaronis viride fuiſſet lignum, ſucciplenum, nec diu ab arbore matre ſuâ abſciſſum, ad minimum ſuperfuiſſet analogia, & aptitudo quædam ad fructificationem. Cùm verò ne ſuſpicio quidem hujus rei deprehendi poſsit, nihil hîc facere potuit *Virga*, nihil *natura*, nihil *ars Chymica* tam brevi temporis intervallo, in materiâ jam arefactâ, & ad recipiendum ſuccum, ne dicam ad producendos flores, minùs capaci, ſed ſoli Deo omnia hîc attribuenda, *qui vocat ea, quæ non ſunt, ut ſint*, Rom. IV, 17. Quæ omnia faciunt ad exaggerationem hujus miraculi. *Virgas enim has non recenter ab arboribus exciſas, aut adhuc virides, ſed manibus Principum diu geſtatas fuiſſe ajunt, qui pro ſcipionibus eaſdem venditant, quas in jure dicendo inprimis illi geſtarint, ceu inſignia Principalis Dignitatis; Ut miraculum amplificent, quòd de penitus arefactis nulla ſpes refloreſcendi fuerit.* Ita *Excellent. Calov. in animadv. ad annot. Grotii ad Num. XVII, 8.*

LIV. Atque ſic Virga Aaronis περασίως ἀνεθήλησε. Arbos exciſa, exciſusq; ex arbore & ſtirpe truncus aut ramus, nunquam poteſt ἀναθηλεῖν, id quod verbis Poëtæ deſcribemus, loquentis de Sceptro Achillis:

Ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον. τὸ μὲν ὔποτε φύλλα καὶ ὄζους
φύσει, ἐπειδὴ πρῶτα τομὴν ἐν ὄρεσσι λέλοιπεν,

οὐδ᾽ ἀναθηλήσει. περὶ γάρ ῥά ἑ χαλκὸς ἔλεψε,
φύλλα τε καὶ φλοιόν.

Certè per hoc Sceptrum, quod quidem nunquam folia & ramos
producet, ex quo ſemel inciſionom in montibus reliquit,
neq́; revireſcet: circumcirca etenim hoc æs decorticavit,
foliaq́; & corticem. Hom. Iliad. α. v. 234.

Quod igitur natura Mater ex ſe haud valebat efficere, id naturæ Parens, extraordinariâ ſuâ potentiâ ac virtute, miraculosè in arido hoc ligno patravit. Conf. *Dict. Antiq. Bibl.* p. 533. b.

LV. Ingens miraculum, ſi conſideremus 3. *Miraculi formam*, quâ in re conſtiterit. Moſes Tabernaculum ingreditur. Ecce verò, dum ſummâ intentione ad Teſtimonium oculos flectit, videt Virgam Aaronis ad miraculum usque floridam, quâ animi commotione, quâ cordis devotione, dici nequit; *properat, adſtat; adſpicit, accipit; conſiderat, deſiderat; contemplatur, gratulatur; rimatur, miratur*, germen & folia, flores & lilia, fructus & amygdala: *Quis*, inquit, *eſt ſicut Tu inter fortiſsimos Jehova? quis eſt ſicut Tu magnificus in Sanctitate? reverendus laudibus? mirificus*, Exod. XV, 11. Ex deſcriptione videre eſt, quàm curiosè, quàm accuratè omnia in virgâ hac contemplatus fuerit Moſes, ut nec ſine admiratione miraculum conſignare potuerit. *Et ecce!* attentionis vocula, & admirationis nota! *viruit Virga Aaronis, domûs Levi! & fecit* (Virga) *prodire germen, & produxit florem, & retribuit amygdala*, ita ad verbum ſonant Hebræa.

LVI. *Tria* Interpretes communiter hîc notant miracula in *Virgâ Aaronis unicâ*. Primùm gemmas fuiſſe *Fagius* etiam annotavit, tum emiſiſſe flores, denique ad maturitatem perduxiſſe amygdalas. **Hat ſich alſo an dem einigen Stekken ein dreyfaches Wunder begeben. Das Erſte/ war das Grünen/**

dadurch er uhrplötzlich außſchlug und Blätter bekam: Sonſt ſetzet der Mandelbaum ehe ſeine Blüt und Knopfen/ als die Blätter; hie aber brachen die Bläter am erſten herfür / welches das Wunder vergröſſert. Das andere Wunder war; daß der grünende Stekken blühete/und ſeine ſchöne Blumen überall über und zwiſchen den Blättern ſetzte. Das Dritte war/daß er ſüße Mandeln trug/die gar reif waren. *Walth. in Ep. ad Hebr. Conc. XLVII, p. 590. Grotius in Annotationibus* videtur verba numeraſſe: (*Invênit germinaſſe*) *Fuit gemmaſſe* פרח: *ſequitur* ציץ *flos: deinde* פרי *fructus: is ubi maturuit, translatione ab infantibus ſumtâ, dicitur ablactari* גמל, *quaſi à matre depelli.* Verba Joſephi de hac virgâ ſunt: ἐκ δὲ τῆς Ἀαρῶνος, βλαστοὺς τε καὶ κλάδους ἀναφύντας ἑώρων, καὶ καρπὸν ὡραῖον, ἀμύγδαλα δ᾽ ἦν, ἐκ τοῦ τούτου ξύλου τῆς βακτηρίας κατεσκευασμένης: *Ex Aaronis autem Virgâ ramos & germina viderunt exorta, &, quod magis mirum, amygdala matura, quòd virga ex ejus generis ligno* conſtaret, *Lib. IV Antiq. Jud. cap. IV.* B. Gerhardus hæc habet: *Veriſimile eſt, hanc Virgam, priùs aridam, unà cum fructibus etiam germina, ſive frondes, & flores Iſraelitis ſpectandos exhibuiſſe, & non omnes calyculos in flores, nec omnes flores in fructus fuiſſe mutatos. Part. I. Hom. Acad. p. 209.*

LVII. Nos textum ipſum inſpiciamus, & Moſen de hoc miraculo audiamus, qui primò de aridâ Aaronis virgâ teſtatur, quòd *germen protulerit.* In S. lingua exſtat verbum פרח *floruit, germinavit*, quod alii exponunt, argumento permoti eo, quòd amygdalus baccas & flores ante frondes emittat. Aſt ἅπερ ἀλόγου poteſt de germine foliorum accipi, ſenſu eo, quòd hæc virga primò produxerit folia, poſtea flores, contra amygdali naturam, id quod miraculum auxit. Deinde *florere fecit florem.* In Hebræo eſt ציץ à rad. ציץ, quod propriè *florem* ali-

cujus

cujus *plantæ* vel arbotis ſignificat. Et denique, quòd *protulerit amygdalas.* Ut calyculi ſubitò converſi erant in flores, ita flores è veſtigio mutati in fructus. In S. Linguâ exſtat גמל שקדים *reddidit amygdalas.* radix eſt גמל, *retribuit, rependit, ablactavit,* & per metaph. *maturavit,* quando ad fructus arborum transfertur, qui matureſcentes, quaſi ablactantur. Targum Hieroſ. *ablactavit nucem, filium nucum,* vel amygdalum filium amygdalarum. Senſus ergo, quòd habuerit amygdalas ad juſtam maturitatem perductas, ut pueri ſunt perfecti & grandiores, quando ablactantur. *Conf. Calov. ad h.l. Walth. in Epiſt. ad Hebr.* I, ſæpius c. *Diet. in Antiq. Bibl.* 533.

LVIII. Verùmenimverò, quod pace tantorum virorum dixerimus, plura hîc obſervanda ſunt miracula, ut facilè patebit, Textum exactiùs penſitantibus. Compendium facturi, miracula numerabimus ſaltem, non ponderabimus. *Primum eſt,* quòd invenerit Moſes germinaſſe, vel potiùs gemmâſſe Virgam Aaronis, & gemmas ubique oſtendiſſe; Ita enim *generaliter* de germinatione hæc poſſunt intelligi, quæ Jehova v. 5. promiſerat, & ipſe Moſes peculiari Accentu Athnach à ſequentibus diſtinguit, in quibus *ſpecialiter* miraculum erat enarraturus. *Et ecce germinavit Virga Aharon domûs Levi. Secundum* erat, quòd ex gemmis, ſi non omnibus, quibusdam tamen prodierint folia. Eò referendum, quod ſequitur, *& fecit prodire germen,* à יצא quod eſt, *palam exivit, prodiit, emicuit,* & ſtatim ſequenti verſu uſurpatur *de egreſſu Moſis ex Tabernaculo. Tertium* eſt, quòd, ut ex ſerîe Textûs videre eſt, folia ante flores hîc apparuerint, contra amygdali naturam. *Quartum,* quòd flores protruſerit, per totam virgam mirâ elegantiâ & abundantiâ ſparſos. In Fonte non fruſtra dicitur: *& florere fecit florem;* nempe Virga Aaronis virtute

 divi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

diviná floribus adeo abundavit, ut *faſciculum florum* dixiſſes, non Virgam.

LIX. *Quintum*, quòd *reddiderit fructus*. Emphaſis eſt in voce Ebræâ גמל, *retribuit, reddidit*; nimirum Naturæ erat miraculum, quòd Virga Aaronis arbori matri inſerta, dederat fructum; jam verò ſupra omnem naturam, quòd tam diu arefacta, manibus tractata, penitùs exſiccata, nihilominùs eundem fructum *reddiderit*, etiam matri non *reddita, reddita* tamen priſtino nitori & vigori. *Sextum*, quòd *tulerit amygdalas*, fructusq; indoli ſuæ nativæ ſimiles. Cùm enim eâdem virtute & potentiâ Deus aliam indere potuiſſet naturam, noluit tamen; ut idem Autor hujus miraculi adoretur & dicatur Deus, Autor quoque naturæ. *Septimum*, quòd *matura* produxerit amygdala, tam brevi temporis intervallo. Hebræis quidem שקדים dicuntur à שקד *ſedulus fuit, advigilavit, maturavit*, quòd hæc arbor florem & fructum *maturet*, imò, teſte *Plinio*, primò omnium floreat, menſe Januario: Martio verò poma matura producat *Lib. XVI, H.N.c.25.* ſed hîc unâ nocte & folia, & flores, & fructus ad maturationem pervenerunt. Ne autem immatura putentur amygdala, dicitur de Matre hâc Aaronicâ, quòd ablactârit filiolos ſuos, *Virga*, inquam, *amygdalina amygdala ſua*. *Octavum*, quòd omnia uno intuitu contemplanda oſtentarit, & germina, ſeu gemmas, & folia, & flores, & fructus, ſpectaculo ſanè elegantiori, quàm ut vel verbis fingi, vel coloribus depingi poſsit.

LX. Certè Judæis vetuſtioribus figura florentis Virgæ Aaroniticæ adeò in deliciis fuit, ut nummos & ſiclos ſuos floridâ hac ſculpturâ exornaverint. Conſpicitur in iis paſsim ex unâ parte Urnula Mannæ, cum inſcriptione שקל השקלים *Siclus Siclorum* (vel שקל ישראל *Siclus Iſraelis*, ut eſt in quibusdam)

dam) ex alterâ facie, Virga hæc cũ inſcriptione ירשלים הקדושה *Hieroſolyma ſancta*, quales nummos ex Meor. Enajim p. 171. *verbis R. Azariæ* deſcribit *Hottinger. de Nummis Orient. p.* 124. *& ex R. Nachmanide Schikard. in* בה *diſput. 5. p. 8. item Beza Annot. Maj. in N.T. in Matth. 17, 23. Philippus Mel.* adfirmat, ſe ſimilem fere Siclum habuiſſe, Ratisbonæ à Cancellario Bavariæ ſibi donatum, quem *Luthero* miſerit, cujus pulchri ſunt de hoc Siclo verſus, digni, ut hic quoque legantur:

Juſta Sacerdotum demonſtrat munera Siclus
Cujus in Ebræis urbibus uſus erat;
In quo floreſcens inſculpta eſt Virga Aaronis,
Quæ monet, ut doceant dogmata pura Dei.
Parte calix alia eſt, impletus thure ſabæo;
Hic offerre preces, ut nova thura, jubet.
Attamen ante alios ſummus facit ipſe Sacerdos
Immanuel, caſtâ Virgine natus Homo. &c.

Sed tempus eſt, ut ſatisfaciamus Quæſtioni, quæ ex modò dictis faciliùs reſolvi poteſt.

QU. XII. *Virga Aaronis unde fuerit excisa?*

LXI. Veteres virgam Aaronis *Styracinam* crediderunt, ut videre licet ex his *Tertulliani*:

Hic Aaron eſt virga crucis, quæ germina profert,
Ipſi diſsimilis, *Styracis tamen arbore nata.* & mox:
Et virga Styracis fructus nucis attulit: ipſa
Virginis hæc ſpecies, genuit quæ ſanguine corpus,
Conjuncta in ligno ſedabit mortis amarum,
Interiùs dulcem fructum – *Tertull. 4. Carm. adv. Marcion.*

Cujus generis autem hæc arbor ſit, eruditè, ut ſolet, explicat in *Arboreto Bibl. Joh. Henr. Urſin.* cap. X, 2. ſeq. *Rabbini* fabulantur deſumtam *ex arbore Vitæ*, quæ in Paradiſo erat, ut eſt

apud

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

apud Galatinum : *Rabbi quidam magnus* quem ob ſingularem vitæ ſanctitatem, ac doctrinam רבינו הקדוש i.e. Magiſtrum noſtrum Sanctum vocant, annis multis ante Chriſtum natum prædixit: *Cùm ad quartam Antonini Conſulis urbis Romæ petitionem, qui ipſum interrogaverat, ex quâ arbore exciſa eſſet virga, quâ Moſes miracula faciebat, atque unde eam nactus fuerat, ita reſpondit: Quòd me rogas de virgâ Moſis tibi notitiam dare, dicam tibi, quòd de hoc ſcriptum reperi à Rabbi Simeone filio Johai, in libro, qui* מחקר הסודות i. *inveſtigatio ſecretorum dicitur, ſic dicente: Virga illa, quâ Moſes & Aaron miracula faciebant, in terrâ Ægypti, & poſtea in deſerto floruit, gemmasq; edidit, ab eâ arbore exciſa eſt, quam Deus Moſi oſtendit in deſerto, ut aquæ amaræ dulces fierent. Et hæc arbor exciſa fuit ab arbore vitæ, quæ in Paradiſo ſita erat, Angelorum manibus, quam miſerunt Adamo, cùm ille miſiſſet Seth Filium ſuum ad Paradiſum, miſericordiam Dei imploraturum de ſuo peccato. Dixeruntq; Angeli ad Seth, ut plantaret hanc arborem, quæ quamprimùm fructum faceret, miſericordiæ Dei in eam deſcenderent, aperirenturq; portæ cœli, quæ obſeratæ ſunt. Hanc autem arborem, ſeu potiùs arboris ramum, accepit Seth, plantavitq; in deſerto, quam poſtea Moſes in deſerto invênit, & ex eâ virgam ſuam excidit, ideóq; Virga Dei dicta eſt. Cum autem veniſſet Iſraël ad Mara, neque illius aquas (erant enim amaræ) bibere poſſent; Deus Moſi oſtendit hanc arborem, ut aquas illas redderet dulces. Et hæc eſt arbor illa, in quâ Moſes ipſe ſerpentem æneum impoſuit, per quam Deus uuiverſum orbem ſalvum facere inſtituit, & mittere miſericordiam ſuam ſuper Adam, cùm venerit Rex Meſſias. Tunc enim hæc arbor fructus geſtabit, quibus ſecundò aquæ amaræ efficientur dulces, purgabuntq; primum peccatum, omniaq; delicta, quæ fecerunt, facturiq; ſunt homines, ſicut*

dictum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

dictum eſt Zach. XIII, 1. ביום ההוא יהיה מקור נפתח לבית דוד וליושבי ירושלם לחטאת ולנדה &c. *Galat. de arcan. Cathol. Ver. Lib. VI, cap. XVII, p.* 374. b.

LXII. Sed nugæ ſunt, quibus refutandis ut immoremur, opus non eſt; Si virga Aaronis excellentioris fuiſſet indolis & originis, quàm aliarum tribuum, contra eam excepiſſent absque dubio ad ſeditionem proniores Iſraêlitæ. Quòd fuerit Amygdalina, teſtatur ipſe *Joſephus lib. IV Antiq. c.* 4. locum ſupra jam adduximus th. LVI. Et communis fere omnium eſt ſententia, omnes illas virgas fuiſſe ex arbore Amygdalo, idque Cyrillus tribus probat argumentis: *Conſuetudine;* quia pro more gentis ex eâ potiſsimùm arbore ſcipionibus utebantur: *Aptitudine;* iſta enim arbor in ſurculis ſive ramis rectis & proceris emittendis excellebat, ut ex eâ Scipiones ſenum, & ſceptra Principum exſcindi potuerint: *Similitudine;* quia hæc arbor vigilantiæ exhibebat Symbolum, quæ vel maximè in Principe requiritur. *Cyrillus in catenâ Franciſci Zephyri, cit. Urſin. in Acerr. Phil.* Lib. I. n. 83, p. 46. Nos nitimur potiùs *eventûs certitudine;* quia Aaronis virga protulit Amygdalas, absque dubio fuit Amygdalina, niſi novum in hoc miraculo miraculum fingere velis; quod cùm in ſuperioribus jam expoſitum fuerit, nunc properamus ad pauciora, quæ reſtant. Sunt illa Miraculi *Manifeſtatio, & Conſervatio,* de quibus in ſeqq.

CAPUT QUINTUM.
Miraculi Manifeſtatio.

LXIII. Quà *manifeſtationem,* Miraculum noſtrum deſcribitur verbis Moſaicis: *Protulit ergo Moſes omnes virgas de conſpectu Domini ad cunctos filios Iſrael, viderunt q́, & receperunt ſinguli virgas ſuas.* Videbimus ordine, ſed bre-

 vibus

vibus 1. *Moſen efferentem.* Non niſi juſſus Moſes collegerat Virgas, non niſi juſſus reliquerat in Tabernaculo; quis crederet, ſine expreſſo mandato poſtridiè eum introiviſſe, viſum virgas illas, ne dicam absque Dei nutu & juſſu protuliſſe? *Quis* autem protulit? Moſes, fidelis Deo ſervus, & in hoc Miraculo manifeſtando promtiſsimus miniſter. Verus Moſes, *extrahens* in lucem, quæ in Sancto Sanctorum nemine vidente facta fuerant. *Quomodo?* in Fonte explicatur voce וַיֹּצֵא *exire* fecit, quod antea Moſes uſurparat de ipſo miraculo, ſeu potiùs de germine prodeunte è gemmis, quo ſeſe *manifeſtarat*; nunc idem verbum adhibet, *manifeſtaturus* miraculum populo Iſraelitico. *Quid* verò protulit? Virgas omnes, nullâ relictâ, inter quas quia præcipuum decus nacta erat *Virga Aaronis*, absque dubio illam ſingulari pompâ deportavit, ut portando miraculum illuſtrius redderetur. *Unde?* *a-coram facie Jehovæ*, è Sancto Sanctorum, ubi coram Arcâ fœderis, in conſpectu Dei, gratioſè inter Cherubinos habitantis, depoſitæ fuerant. *Quò?* ad omnes filios Iſrael, qui eventum hujus miraculi non ſine dolore exſpectabant.

LXIV. Videamus ergò 2. *populum adſiſtentem, & adſpicientem: Videruntq́;*, in Fonte eſt וַיִּרְאוּ à רָאָה *vidit, adſpexit, obſervavit.* Notatur ergo Iſraelitarum *fervor*, in contemplandâ Aaronis virgâ, non ſecus, ac Jeremias contemplatus eſt *Virgam Amygdali*, in Viſione Ecſtaticâ ſibi oblatam, ubi in Fonte idem verbum, Jer. I, 13. *ſtupore* quaſi attoniti adſtabant, mirantes floriditatem in Aaronis Virgâ, ariditatem in ſuis, quod non obſcurè innuit Moſes, uno vocabulo uſus *viderunt*, quaſi ſtupentes; *Honor*, quem Deo hujus miraculi Autori, ejusq́; Miniſtris Moſi & Aaroni deferebant, quorum munus egregiè Deus, edito hoc portento, firmaverat, & vindica-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

dicaverat. Videamus 3. *Tribum aſſumentem: & acceperunt Vir* (quisque) *baculum ſuum:* nimirùm inter Iſraelitas primi adſtabant ſingularum tribuum Principes, *capita domuum paternarum*, qui tradiderant virgas Moſi; nunc ergo videntes, quæ in ſolâ Aaronis Virgâ evenerant, cum timore & ſtupore quisque ſuam recipit; vel hoc ipſo miraculo edocti, ne quid temerè occipiant adverſus Jehovam, ejusq; fideles Miniſtros, quos defenſare, & vindicare poteſt *vindex, ac ultor à tergo Deus. Intelligite* ergo *inſipientes in populo, & ſtulti aliquando ſapite; Qui plantavit aurem, non audiat? aut qui finxit oculum, non conſideret? Qui corripit gentes, non arguet?* Pſal. XCIV, 8, 9, 10.

CAPUT SEXTUM.
Miraculi Conſervatio.

LXV. Q*Uà conſervationem*, Miraculum deſcribitur verſibus 10 & 11. *Dixitq; Dominus ad Moſen: Refer virgam Aaron in Tabernaculum Teſtimonii, ut ſervetur ibi in ſignum rebellium filiorum Iſraël, & quieſcant querelæ eorum à me, ne moriantur. Fecitq; Moſes ſicut præceperat Dominus.* Mandatum accipit Moſes de adſervandâ Aaronis Virgâ in ſignum rebellium, cujus adſervationis deſcribitur 1. *Cauſa principalis, Deus Jehova*, qui iteratò allocutus eſt Moſen, ne videatur proprio auſu quidquam tĕntaſſe. Voluit enim Jehova memoriam hujus miraculi inter Iſraëlitas conſervare, ideò adſervandum juſsit, *tanquam memoriale divinæ omnipotentiæ, & humanæ imprudentiæ.* 2. *Cauſa formalis.* Reportari debebat in Tabernaculum teſtimonii, & reponi in Arcâ fœderis, quod Vulgata hîc vertit *in Tabernaculo Teſtimonii*, inf. eſt *coram Teſtimonio*, ubi adſervari debebat, ut ſupr. v. 4, 7. non ſecus ac de mannâ idem erat mandatum Exod. XVI, 32, 33, 34.

Inde expreſsè Apoſtolus affirmat, in Arcâ vel circa Arcam in loculamentis, *fuiſſe cum tabulis & Mannâ quoque Virgam Aaronis, quæ floruerat,* Hebr. IX, 3, 4. quâ de re pluribus in annexis quæſtionibus.

LXVI. 3. *Cauſa finalis*, in Hebr. eſt: *ad obſervationem, in ſignum filiis rebellionis, ut auferas à me murmura eorum, ac non moriantur.* Adſervari ergo debebat *in ſignum,* non modò *fidelium* V. T. quibus venturus Meſsias vivis quaſi coloribus, hâc floridâ Aaronis Virgâ, depingi debuit, ut *ſeq. Sectione* probatum dabimus; ſed & *infidelium* & rebellium, ut penſitatis iis, quæ circa hanc virgam evenerant, à rebellione & præſenti interitu retrahantur. *Miſericors Deus!* qui certis ſignis etiam infideles & rebelles, immorigeros filios ſuos, tanquam clementiſsimus Parens, & à culpâ, & à pœnâ revocat! *Non enim vult mortem Peccatoris*, ſed ut convertatur & vivat, Ez. XXXIII, 11. *Gratioſiſsimus Deus!* qui, quamvis ipſe omnia faciat & perficiat, videri tamen vult per miniſtros feciſſe, quæcumque facit: *Ut auferas,* Tu Moſes, *murmura eorum à-ſuper me.* Quid ſi Moſes hîc exclamaſſet: quid ego faciam Domine, niſi Tu facis; quid ego auferam, niſi Tu aufers! Sed ita ſolet honorare ſuos miniſtros Deus, quos mundus odit, perſequitur; quos mundus reputat inglorios, *cum gloriâ, recipit* Deus, Pſ. LXXIII, 24. XXVII, 10. 4. *Cauſa miniſterialis, Moſes,* qui reportavit Virgam Aaronis, eamq; repoſuit *coram teſtimonio,* cujus fidele obſequium ſingulari & emphaticâ repetitione laudatur: quam Emphaſin in ſuâ verſione expreſsit *Junius: Quod fecit Moſche,* nimirum præcedenti verſu ipſi à Deo injunctum; dein addit: *quemadmodum præceperat Ipſi Jehova, ſic fecit*; ut inſinuaretur, nihil feciſſe Moſen, niſi quod juſſus erat, & quæ erant juſſa, eâ attentione accuraviſſe, ut nil

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

omiſſum fuerit etiam in illis, quæ minutiſsima videri poterant; memor ipſe eorum, quæ dicturus erat Iſraëlitis: *Ne addite ad verbum illud, quod ego præcipio vobis, neque detrahite de eo, ut ſervetis præcepta Jehovæ Dei veſtri, quæ ego præcipio vobis, Deut. IV, 2.* Sed & hîc occurrunt Quæſtiones non levis momenti.

QU. XIII. *Ubi adſervata fuerit Virga Aaronis?*

LXVII. *Generalior* locus, fuit Tabernaculum Moſis, *ſpecialior*, Sanctum Sanctorum, in quo erat Arca fœderis; *Specialiſsimus*, Teſtimonium, ſeu arca fœderis, cui id nominis tribuit Scriptura, Vid. ſupr. th. XXXIII. Quâ verò ratione ibidem collocata? num in arcâ, vel circa, vel ante arcam, aut è regione arcæ fœderis? Si ad noſtrum textum reſpexerimus, ceſſat omnis difficultas, cùm nihil aliud dicatur, niſi quòd coram Teſtimonio collocata fuerit. Non ergo in Arcâ, ſed coram eâdem, vel ante faciem, ſeu in conſpectu Arcæ. Bene ergo alibi dicitur: *Nihil erat in Arcâ, niſi duæ tabulæ Moſis,* I Reg. VIII, 9. quod repetitur II Par. V, 9, 10. ſiquidem de Urnâ & Virgâ nuſpiam præcipitur, quòd in arcâ poni debeant, ſed ſemper *coram Teſtimonio*, Exod. XVI, 34. Num. XVII, 4, 7, 10. Solus obſtare videtur locus Hebr. IV, 4. *In arcâ urna aurea, habens Manna, & Virga Aaron, quæ fronduerat, & tabulæ Teſtamenti.* ad hanc difficultatem concinnâ conciliatione tollendam ab eruditis varia conquiruntur.

LXVIII. *Quidam* nodum ut ſolvant, totam reſpiciunt ſententiam, *quidam* verò unam atque alteram voculam, quâ rectè intellectâ; putant omnem tolli poſſe difficultatem. Qui ad totam reſpiciunt ſententiam, dicunt loca I Reg. VIII, 9. II Par. V, 9, 10. eſſe intelligenda de illô, quod *principaliter* in arcâ adſervari debuit, tabulis nempe lapideis, quibus arca hæc

 deſti-

deſtinata; alterum verò locum Hebr. IX, 4. *de minùs principalibus*, Urnâ & Virgâ, quæ ipſa tamen in arcam repoſita, ſed *occaſionaliter.* Ita ſentiunt *Oſiand. in paraphr. ad Paral. l. c. & Lyra in I. Reg. VIII. Hugo* de hiatu hîc ſolicitus eſt, ideòque ad Textum: *tabulæ lapideæ, ſupple*, inquit, *& urna aurea, plena mannâ, & virga Aaron. Hæc enim omnia teſtatur Apoſtolus fuiſſe in arcâ, Hebr. IX. In Comment. ad I. Regum VIII.* Revera autem ejusdem eſt ſententiæ cum *Lyrâ*, ut patet ex *comment. ad II Par. V.* Sic enim in notis: *Videtur falſum, quod hîc dicitur, quia etiam ibi erat urna aurea, & Virga Aaron, ut dicit Apoſtolus ad Hebr. 9. a. Solut. In arcâ erant tabulæ Moyſi lapideæ, ſcriptæ digito Dei, Deut. 9. b. & urna aurea plena mannâ, Exod. XVI, 9. & Virga Aaron, quæ floruerat,* Num. XVII, d. Deut. 31. *Sed quia tabulæ digniores erant (quia ſcriptæ digitô Dei) ideò tantùm de illis hîc fit mentio, tamen non excluduntur alia, Tom. II, 329. c. 4.* Sed non ſatisfacit hæc diſtinctio, præſertim cùm excluſivâ רק manifeſtè ſatis excludat etiam *minus-principalia.* Nec ſufficit *Tornielli* conjectura, nullis ſuffulta rationibus. *Vid. Walth. Harm.*

LXIX. *Qui ad certas voces* attendunt, reſpiciunt vel *excluſivam*, vel *Præpoſitionem*, vel *relativum*, vel nomen *Arca.* Qui *excluſivam in locis cit.* probare ſatagunt, particulas illas interdum abſolutè excludere, interdum accommodè ſolùm, & non *univerſaliter.* Ita explicant *& Hugo, & König;* Uterque eôdem adductô exemplô. *Simile III Regum 12. c.* ubi *dicitur, quòd nulla tribus ſecuta eſt David, niſi ſola tribus Juda: imò & Benjamin; ſed tribus Juda tantùm nominatur, propter regiam dignitatem.* Sunt verba *Cardinal. l. c. Sic in eôdem Regum librô cap. XII, 20. negatur quemquam ſecutum domum David, niſi, ſeu exceptâ tribu Juda ſolùm. Fortiſſima ſanè, eáq; gemina excluſio eſt, & tamen v. 21. illicò tribus Benjamin additur.* Verba

ſunt

ſunt *D. Kön. in Vind. Locor.* 114. p. 715. *Qui præpoſitionem* ponderant, in epiſt. ad Hebr. notant *præpoſ.* (In) hîc per Hebraiſmum poni, pro *cum* vel *ponè*. Ita Piſcator: **Es mag/** inquit, **gedolmetſchet werden bey welcher** ſcil. **Laden / war der gülden Krug mit Manna / und die Rute Aarons / u. ſ. w.** Ita Toſſanus ad I Reg. VIII, 9. num. 28. **die Worte des Apoſtels muß man alſo verſtehen / daß die gemelten zwey Stükke (Manna und die Rute Aarons) nicht eigentlich in der Laden / ſondern in demſelben Ort des Tabernakels / da die Lade war / ja bey und vor der Laden geweſen ſeyn** / Exod. XVI, 33. Num. XVII, 10. *& addunt Batavi;* **gleich wie das Wort** (*in*) **offtmahls für bey genommen wird / als** Joſ. V, 13. X, 10, &c. **und eben hie in dieſem** verſ. *in Horeb* **für bey** Horeb. *Qui Relativum* obſervant, ἐν ᾗ, putant referendum iſtud, non ad proximum nomen *Arcam*, ſed remotius σκηνὴν, *tabernaculum* hoc ſenſu: in Tabernaculo, adeoq; non in arcâ, ſed penes arcam fuit urna & virga, quæ eſt ſententia *Junii*, & è *noſtris B. Waltheri. Junius* quidem pluribus confirmat exemplis. Vide ſis ejusd. *Parall. Lib. III. p.* 461, 465. B. Waltherus verò egregium addit ex eôdem ad Hebr. Cap. IX, 2. ubi pronomen ἥτις itidem non reſpicit nomina immediatè præcedentia, ſed remotius σκηνὴ, quæ vocatur *ſancta* ſeu ſanctitas, quod & Syrus obſervans vertit *Ædem ſacram*.

LXX. *Qui ad nomen Arcam* reſpiciunt, *aut ellipſin ſtatuunt*, in locis I Reg. VIII, 9. II Parall. V, 9. ut ſenſus ſit *in Arcâ*, ſubintellige ex librô Legis, *nihil erat, niſi duæ tabulæ Legis*, q. d. Scriptor ſacer: *ex totâ lege nihil continebatur in eâ Arcâ, præter præcepta Decalogi*, atque ſic non excludit Virgam Aaronis & urnam, in quâ erat Manna, quæ pariter in Arcâ erant repoſita: ut faciunt *Vatablus, & D. König. l. c. aut ſimpliciter de Arcâ intelligunt* etiam ea, quæ erant *coram Arcâ*, & ita in

conſpe-

conſpectu Jehovæ, qui ſingulari modo inter Cherubinos habitabat: quod ſentit *B. Gerhardus, Theologus celeberrimus: Cùm*, inquit, *in arcâ fœderis nihil aliud fuiſſe dicatur, quàm duæ tabulæ lapideæ*, I Reg. VIII, 9. II Paralip. V, 10. quam excluſionem non temerè eſſe prætermittendam apparet, cùmq; de ſolis Decalogi tabulis in arcam reponendis mandatum acceperit Moſes Deut. X, 5. quod fideliter exſequitur Exod. XL, 20. Denique, cùm de Urnâ aureâ Mannam continente, nullum exſtet aliud præceptum, quàm, quòd coram Dominô in cuſtodiam reponi debeat, Exod. XVI, 33. Ideoq; non in ipſam Teſtimonii arcam, ſed *coram Teſtimoniô i. e.* coram arcâ fœderis repoſita dicatur v. 34. ideò alii ſtatuunt, in arcâ fœderis nihil aliud fuiſſe, quàm Decalogi tabulas; ſed Virgam Aaronis, & Urnam cum Mannâ, in Tabernaculô propè arcam fuiſſe repoſita. Proinde in verbis Epiſtolæ ad Hebræos, vel Synecdoche ſtatuenda erit, vel relativum ᾗ ad remotius, non ad propinquius referendum *LL. CC. Tom. III. Tract. II. Cap. II. Sect. II. p.* 172. Adſtipulatur Junius, tam in notis ad I Reg. VIII, 9. (*Nihil erat in arcâ i. e. intra Arcam ſub operculo: nam Urna, in quâ erat Manna, & Virga Aaronis, coram Teſtimonio quidem, ſed extra arcam fuiſſe leguntur, Exod, XVI, 35. Num. XVII, 19. nec pugnat, quod ad Hebr. IX, 4. legitur. nam Relativum* &c.) quàm in parall. *Foris quidem*, inquit, *ante Arcam fuit urna illa aurea habens Manna, & Virga aurea, quæ germinaverat; quapropter de utroque Moſes dixit nominatim, depoſita fuiſſe ante conſpectum Jehovæ*, Exod. XVI, 34. Num. XVII, 25. *Lib. III, Parall.* 461, 462.

LXXI. *Aut arcæ Nomen* ſenſu latiori accipiunt (quæ ſententia cum antecedente ferè coincidit, & cum illâ, quæ in *loco ad Hebr.* præpoſitionis potiſsimam habet rationem) Vel enim

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

enim voc. *Arca* ſtrictè ſumitur, *pro parte interiori*, ſeu ventre; & ſic nil niſi duas tabulas in ſe continuit, ut eſt in I Reg. VIII, 9. II Chron. V, 9, 10. *Vel latiùs pro toto corpore*, quod etiam cellulas includit, ſeu loculamenta lateralia; & ſic & vaſculum Mannæ complexa eſt, & Virgam Aaronis. Fuiſſe autem ejusmodi capſulas, patet ex Deut. XXXI, 26. I Sam. VI, 8. Cui ſententiæ fere omnes Theologi noſtri ſubſcribunt; niſi, quòd *D. König* quædam hîc obvertat, quæ diluuntur *à B. Walth. in Harm. ad I Reg. VIII, 9. p.* 418. *In Bibliis Erneſtinis* Paraphraſtæ ſuum quoque adjiciunt calculum *in gloſſ. ad I Reg. VIII,* 9. Summa ergo huc redit: *Fuit Virga Aaronis in Arcâ fœderis: non quidem ſtrictè ſic dictâ; ſic enim nil erat ibi præter tabulas legis,* I Reg, VIII, 9. II Paral. V, 9. *ſed latiùs, ut loculamenta complectatur, ad latus fabrebacta*, Hebr. IX, 9. Num. XVII, 10. Hæc breviter & nervosè *J. H. Urſin. in Arbor. Bibl. cap. XXXI, v.* 388. Sed hinc reſultat alia quæſtio, brevibus ventilanda:

QU. XIV. *Quomodo in capsâ illâ, ad Arcæ latus, reponi potuerit tantus baculus, quantum oportebat fuiſſe viatorium?*

LXXII. Qui ſimpliciorem amplectuntur ſententiam cum *B. Gerhardo*, repoſitam fuiſſe Virgam Aaronis non in ipſam teſtimonii arcam, ſed ut eſt in noſtro Textu, *coram teſtimonio* i. e. coram arcâ fœderis; non opus habent, ut de hâc quæſtione ſint ſoliciti, cùm in Sancto Sanctorum coram Teſtimonio ſpatium fuerit pro baculo etiam longiore. Qui verò vel in ipsâ fuiſſe *Arcâ*, vel *ad latus* in loculamentis & capſulis, ad reſponſionem tenentur; præprimis, ſi pro Virgâ Viatoriâ eam venditare velint. Hoc ipſo enim nova naſcitur difficultas, quomodo *Virga Aaronis* concludi potuerit *vel in latere arcæ, vel in arcâ ipsâ;* quippe quæ duos tantùm cubitos,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

& ſemiſſem longitudinis habuit, uti conſtat ex Exod. XXV, 10, Reſp. (1.) *qualis illa fuerit virga, nobis non ſatis conſtat.* (2.) *Si fuit viatorius baculus, commodo hominis uſui deſtinatus, longitudinem arcæ aut non exceſſit, aut, quando exceſſit, vel in dimidiâ ſui parte fuit fractus, & ita duplicatus alicubi reconditus; vel pars ejus aliqua fuit detracta, eo nimirum loco, ex quo nec frondes prodierunt, nec ſurgentes gemmæ, nec fructus jam erumpentes. Verba ſunt Walth. in Harmon. Bibl.* p. 418. Sed (3.) nil opus eſt iſtis conjecturis & difficultatibus; cùm non fuerit *Viatoria*, ſed, ut ſæpius dictum, *Inſigne ſummi Sacerdotii*, ut longitudine Arcæ reſpondens, integrum, vel in, vel coram Arcâ deponi potuerit. *Conf. ſupr. Qu.* 7, 8. *ſed ſupereſt alia.*

QU. XV. *Virga Aaronis an ſemper virens & florida permanſerit?*

LXXIII. Affirmat *Abulenſis* eò, quòd perenne debuerit eſſe monimentum Sacerdotii Aaronici, divinitùs confirmati. Probabile id putant *Bonfrerius, Corn. à Lap. & Marchantius*, cujus adſcribo rationes: *Probabilis,* inquit, *eſt opinio, Virgam nunquam fuiſſe deſiccatam, ſed ſemper manſiſſe cum floribus, vel potiùs fructibus. Ratio adferri poteſt, tum, quia perfecta ſunt Dei opera & miracula, tum, quia Virga hæc fuit perenne memoriale & teſtimonium apud poſteros rei geſtæ, quod per Virgam familiæ Aaronis eſſet aſsignatum Sacerdotium; hoc autem poſteris non ita probari poterat per Virgam ſiccam. Sic Manna ſemper fuit ſibi ſimile, & incorruptum in tabernaculo ſervatum; ut poſteris fidem faceret illius, quod populo pluerat in deſerto. Ergo & de Virgâ Aaronis idem dicendum. Hort. Paſt. p.* 997, *b.* Ex noſtris huic accedunt ſententiæ *D. Friedlieb. D. Calovius in Comment. ad V. Teſt.* Num. XVII, 8. Imò *B.* quoque *Gerhardus*, qui fere easdem cum Marchantio affert rationes: *Veriſimile eſt,* inquit, *Virgam hanc nunquam poſthac fuiſſe deſiccatam,*

 ſed

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

ſed ſemper manſiſſe germinantem, floridam ac fructiferam, i.e. flores, & folia, & fructus divino miraculo in eâ natos non exaruiſſe, ſed virides & vegetos ſemper manſiſſe, quia debebat eſſe perpetuum memoriale de dignitate Sacerdotii, Aaronicæ familiæ confirmatâ; id quod per Virgam aridam poſteris non ita certò confirmari poterat, ac per virentem; perinde ut manna ſine ullâ corruptione ac putredine in urnâ aureâ adſervabatur, in perpetuum μνημόσυνον miraculoſæ cibationis, quæ Majoribus in deſerto obtigerat. Part. I. Homil. p. m. 209. quæ ex eodem repetit *Walth. in Epiſt. ad Hebr. I,* 1. *Negat* verò ex noſtris *B. J. H. Urſin. Theolog. de noſtrâ Eccleſiâ meritiſſimus*, ſuis non deſtitutus fundamentis, quæ ipſa eâdem brevitate adſcribimus, quâ ille conſcripſit: (1.) contrarium videtur adſerere Apoſtolus: *Virga Aaronis, quæ fronduerat,* Hebr. IX, 4. Nec ratio cogit. Nam (2.) & ſicca ſemper, exſtantibus gemmis, floribus, amygdalis, miraculi memoriale eſſe potuit. Et (3.) ſi viridis ſemper oſtenſa fuiſſet, ſuſpecta fortè res eſſet de ſuppoſitione. Denique (4.) miracula fingere non licet. *Arbor. Bibl. Cap. XXXI,* 5. 388. Reſtat ultima.

Q. XVI. *Quorſum pervenerit Virga Aaronis?*

LXXIV. Curioſa magis, quàm fructuoſa. Cum Arcâ fœderis, aliisq; ad Sanctum Sanctorum pertinentibus, Virgam Aaronis jam dudum periiſſe, iis dubium eſſe non poteſt, quibus conſtat, fuiſſe omnia illa V. T. *umbras* ſaltem futurorum, quæ corpore præſente ceſſare debebant; ſeu potiùs *delineationes* quasdam pictorum, quæ, ipſâ picturâ jam perfectâ, vel aliis coloribus obteguntur, vel delentur, Hebr. X, 1. Coloſſ. II, 17. Nolumus tamen adſerere, jam tempore Salomonis deperditam fuiſſe, quod faciunt *Batavi in ſuis* ad Hebr. IX, 4. notis. *num.* 14. Pontificii inter ſuas

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

reliquias, *Virgam & Moſis & Aaronis oſtentant.* De illâ negat
quidem *Corn. à Lap. Incertum eſt*, inquit, *quò pervênit Virga*
Moſis, ſed immemor ſui Baronii, ex quo narrat *Stengelius* in
legendis ſuis: *in urbe Senonicâ, apud Eccleſiam B. Martyris Ste-*
phani, cum aliis reliquiis, partem virgæ Moſis reperiri. De hâc i-
dem affirmat, *nec impoſsibile eſſe*, teſte Rudolpho Glabro, *in La-*
teranenſi Baſilicâ Virgam Aaronis adſervari, cit. *Joh. Cunr. Diet.*
in Antiq. Bibl. ad Eccleſ. II, 4, 5. pag. 534. a. Sed nugæ ſunt ejus-
dem farinæ cum fabulâ Romanorum, qui *Quirinalem lituum*
Romuli ſervabant in Capitolio, vel in curiâ Saliorum, quæ in
palatio, quòd, urbe à Gallis captâ, cum illâ conflagraſſet; po-
ſtea inter cineres illæſus ille & integer repertus fuit, ut eſt *a-*
pud Ciceronem, & Plutarchum. Marchantius ſperat fore, ut
cum Arcâ rurſus apparitura ſit Virga Aaronis in fine ſeculi
Verba ejus adſcribere non piget: *Ignotus eſt locus, in quo arca*
deliteſcit, quia abſcondit eam Hieremias, & dixit, ignotum fore
locum, donec congreget Deus congregationem populi ſui, & pro-
pitius fiat. Quod de fine mundi intelligunt S. Epiphanius, & Do-
rotheus Martyr, & alii cum eis. Tunc autem manifeſtabitur, ut
certiùs Judæi cognoſcant, ſe in Chriſtum credendo veros eſſe filios
Abrahæ, diſcipulosq́ Moſis, & Prophetarum; cùm viderint Je-
remiæ prophetiam impletam ſuo tempore, & ſe arcam habere, quâ
majores ſui caruerant. Tunc ergo forſitan etiam apparebit Vir-
ga Aaronis, quæ circa Arcam ſervari ſolita erat. de Virgâ Aaron.
Tract. I. Lect. I. p. 997. a. m.

LXXV. Sed, quid de hoc ipſo alter noſter Martinus? *De*
occultatione ſacri ignis & arcæ commentitia quædam adfert,
(liber II Maccab.) *quorum absque dubio, vel Jeremias, vel Eſ-*
dras, vel Nehemias mentionem feciſſent, ſi vera eſſent. Et fabu-
lam eſſe inde deprehenditur. Arcam enim, quam ſcriptor hic ad-
ſerva-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

ſervatam fingit, Rabbini conqueruntur in toto ſecundo templo defuiſſe, Chemnit. Exam. Concil. Tritent. P. III, 528. b. Rabbinorum ſententia forſan eſt *apud Galatin. Quinque res defuerunt in ultimo templo, quæ in primo fuerunt. Et unde probatur? Ex eo, quod dictum eſt Hagg. I, 8. Aſcendite in montem, & adferte lignum, & ædificate domum, & delectabor in eâ, & honorabor.* Hîc enim ואכבד diminutè ſcriptum eſt, absque litera ה, quæ quinque ſignificat, ad deſignandum quinque res, in quibus Sanctuarium ultimum fuit à primo diminutum, videlicet 1. *ignem, 2. arcam, 3. urim & thummim, 4. oleum unctionis, & 5. Spir. Sanctum. de Arcan. Cathol. Verit. Lib. IV, cap. IX, XVII, 211, 238, 239.* Conſentiunt *Villalp. Tom. II, P. II, Lib. V. diſp. 4. cap. 70. in Ezech. Rainold. in cenſurâ librorum Apocr. V. Teſtam. Torniell. in Annalib. ſacris ad annum 3540.* & è noſtris *Quiſtorpius*, qui probabiliter adſerit, etiam *quinque hæc* poſt captivitatem ſolutam adfuiſſe, quod probat *generaliter*, quia libri ante captivitatem ſcripti etiam quandoque literam ה in hâc eâdem voce non habent, Eſ. LXVI, 5. I Sam. II, 30. Num. XXIV, 12. *Specialiter*, de *igne cælitus demiſſo*, Eſdr. III, 3. VIII, 35. Mal. I, 10. coll. cum Lev. VI, 9. X, 1, 2. ſeq. *De Urim Thummim* Eſdr. I, 63. Neh. VII, 65. *de oleo, Spiritu* item *Sancto*, ſeu dono Prophetiæ, quod & prophetæ poſt captivitatem fuerunt Haggæus, Zacharias Malachias. *De arcâ*, ex *Joſepho lib. 7. de bello Jud. cap. 24.* non procul à fine, qui legem, quæ in arcâ aſſervabatur, inter ſpolia in Triumpho Veſpaſiani & Titi, noviſſimam ſpoliorum fuiſſe portatam adſerit; & Philo *(lib. 3. de Moſis vitâ)* meminit *vaſis legis*, idque ſuis temporibus fuiſſe affirmat: ſed hoc vas eſt *Arca*, in quam tabulæ legis repoſitæ fuerunt. Quid? quod in Paſione Domini aulæum, diſtinguens *Sanctum à Sancto Sanctorum*, ſcinditur? quis autem hujus diſtinctionis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

uſus? niſi in Sancto Sanctorum arca fuiſſet, quam propter ſolùm diſtinguebatur. *Vid. Quiſt. ad Hag. I, 8. p.* 772. 773. Conf. tamen omninò *Theod. Hakſpan. in not. P. II. p.* 1017, 1025. Nos coronidis loco alium apponimus ex Galatino locum, qui apertè ſatis de Arcâ & Virgâ Aaronis, jam dudum deperditis teſtatur: *In libro,* inquit, יומא *(Joma) ſic dicitur: In ſanctuario ſecundo non fuit Arca. Traditio enim eſt, quòd ex quo abſciſſa eſt arca, abſciſſa eſt cum eâ urna mannæ, & lenticula olei unctionis, & Virga Aaron & amygdala ejus, & flores ejus, & capſula, quam miſerunt Philiſtæi munus Deo Iſrael. de Arcan. Cathol. Verit. Lib. IV. Cap. IX. p.* 21. Nunc manum de tabulâ.

Fuit Sectio Prior: ſequitur

SECTIO ALTERA POSTERIOR.

De conſideratione Virgæ Aaronicæ *Typicâ ſeu Myſticâ*, quà ſenſum Evangelicum.

CAPUT SEPTIMUM.

Typi nimis Generales.

LXXXVI. *IN narratione rerum geſtarum res ipſæ priùs intelligendæ ſunt, ut narrantur, tum demum, ſi quid aliud ſignificant, oportet perſcrutari.* Ita *Auguſt. VIII, de Gen. ad lit. c. 7. In verbis Sancti eloquii priùs ſervanda eſt Hiſtoriæ veritas, poſtmodum requirenda Spiritualis intelligentia allegoriæ: tunc namque allegoriæ fructus ſuaviter carpitur, cùm priùs per Hiſtoriam in veritatis radice ſolidatur.* Ita Gregor. hom. 40.

in

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

in Evang. Horum nos dictum & ductum ſecuti, abſolutis iis, quæ ad veritatem Hiſtoriæ, ſeu *Textum Moſaicum* explicandum pertinere videbantur, nunc rectà progredimur ad *Typum Evangelicum*, ſeu *ſenſum Myſticum*, ſcrutaturi & examinaturi, cujus rei Typum geſſerit *Virga hæc miraculoſa*, cùm ex *intentione divinâ*, tum *alluſione humanâ*. Quis enim negaret, pulchrè ſatis accommodari poſſe Typum hunc ab Interpretibus? etiamſi primariò illam applicationem Sp. S. non intenderit; modò Analogiæ fidei non ſit contraria, quæ in Allegoriis quoque non eſt negligenda. Semper tamen accuratè diſtinguendum inter *Typos Principales* & *minus-principales, Generales* & *Speciales, in ipſo Dei verbo monſtratos fundatosq́, & per certam conſequentiam inde ſaltem deductos, & ſcripturæ illatos.* Vid. de Typis eorumq; tractatione eruditè pro more ſuo diſſerentem *B. Glaſſ. Phil. 5. lib. II. P. I. Tract. II. Sect. IV. p.* 314, 336. Nobis cùm temporis ratio non permittat, exactiùs inquirere in ea, quæ ab Interpretibus h. l. afferuntur, ea ſaltem delibabimus, quæ obiter hinc inde notavimus. Omnibus autem probè penſitatis, dicendum, *Virgæ Aaroniticæ* Typos quosdam eſſe *nimis Generales*, quosdam *minus-principales, quosdam magis principales. Illos* nudè ſaltem enarrabimus; *iſtos* ſtudioſiùs conſiderabimus; *hos* planè & plenè examinabimus.

LXXVII. *Nimis Generales* vocamus *Typos*, in quibus *Virga Aaronis* iis rebus applicatur, quæ non ſunt ex intentione Sp. Sancti, adeoq; à Scripturâ non tam efferuntur, quàm in Scripturam inferuntur; quorum Autores *laudem* merentur, ob inventionem rebus convenientem, præprimis, ſi applicatio fidei fuerit analoga; *vituperationem*, quantò magis ab analogiâ fidei receſſerint. Reſpiciunt autem hi Typi *Virgam noſtram Aaronicam*, vel *diviſim*, vel *conjunctim*. Diviſim

qui

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

qui reſpiciunt, referuntur vel *ad Virgam*, vel *ad Aaronem, vel ad Amygdala*.

LXXIIX. *Virgam* Allegoriarum Architecti Typum dicunt (1.) *Mariæ*, (2.) *Superbiæ*, (3.) *diſciplinæ*. Placet è ſolo id demonſtrare *Joh. de S. Geminiano, ordinis Prædicatorum*, qui vixit ſeculo XIV. Ille *Mariam* ſimilem dicit *Virgæ*, *ratione* (1.) *nominis*, (2.) *germinis*, (3.) *culminis*, & uſum hujus Virgæ refert (1.) *ad dominii oſtenſionem*, (2.) *defenſionem ſeu percuſſionem*, (3.) *ad regimen ſeu directionem*, & (4.) *ad ſuſtentationom*, quæ omnia *non ſine inſigni idololatriâ* ad Mariam accommodat, ſimulq; ea, quæ ad ſolum Chriſtum in Scripturâ referuntur, *non ſine inſigni Scripturæ depravatione*, Mariæ Matri attribuit. Vide ſis *lib. III de exempl. & ſim. rerum Cap. 37. fol.* 134. *col.* 3, 4. *Superbiam* Virgæ aridæ comparat: *Virgula*, inquit, *quantò plus habet de humore, tantò citiùs flectitur: ſic qui plus habet de gratiâ, citiùs obedit, ſed lignum aridum citò frangitur, dum flecti creditur. Non te extollas in cogitatione animæ tuæ, velut taurus; ne fortè elidatur per ſtultitiam virtus tua, & comedat folia tua, & fructus tuos perdat, & relinquaris, velut lignum aridum in deſerto*, Eccl. VI, 2, 3. *lib. X.* cap. LXXVI. f. 358. c. 4. *Diſciplinam* Virgæ floridæ, ſive dixeris *crucem*, Lib. XC. XVIII, f. 378. c. 4. ſive *correctionem præſentis vitæ* lib. VII. c. XXVIII, 303. c. 2. ſive *corruptionem Prælati*, lib. VIII, cap. LXI. fol. 337. c. 3. nec inter noſtros infrequens eſt hic de cruce Typus, ſed ne nimis generalia attuliſſe videamur, pergamus ad alia.

LXXIX. *Aaronem* Typum faciunt Pontificii, *Pontificiis ſui Romani*, ut eò facilius Poteſtatem ipſi adſerant, cujus Symbolum Virgam hanc fuiſſe non ignorant. Inde eſt, quòd *Bellarminus à Pontifice V. T.* ad Pontificem Romanum argumentetur, exinde ejuſdem infallibilitatem probaturus, Tom. I.

Con-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

Controv. III. *de Roman. Pontif.* lib. IV, cap. III, 962. b. 963. a. ſed reponimus: 1. nuſpiam in Scripturis hujus Typi & Antitypi apparet veſtigium. 2. Aaron ſolius Chriſti geſsit Typum, quod abundè Epiſt. ad Hebr. inprimis Hebr. V, 4. teſtatur. 3, nobiſcum quoque facit *Cornel. à Lap. in Comm. I. ad Cor.*, rectiſsimè ſtatuens, Pontificem Vet. Teſtam. Typum Chriſti, non verò Pontif. Romani fuiſſe. Optimè Lutherus noſter: *Triplex eſt citatio figuræ*, 1. *cùm Scriptura ipſa ſignificationem allegoricam proponit, ut, cùm Petrus Baptiſmum per arcum Noah, Paulus per mare rubrum ſignificat, & Chriſtus crucem ſuam per ſerpentem, Joh. III. hujusmodi ſignificationes pro articulis fidei ſunt habendæ.* 2. *Cum humanus captus figuram inducit, & per appoſitam ſimilitudinem aliis aliquot claris Scripturæ Sententiis accommodat, ut Auguſtinus hoc in loco* (Luc. XVII, 12.) *per lepram hæreſin exponit, quamquam ipſa Scriptura non dicit, per lepram hæreſin ſignificari; ſed alibi Scriptura hæreſis claram mentionem facit: idcirco figura iſta fidem non cogit; ſi enim convellatur, tamen immotum ſtat fundamentum, videlicet Scriptura, ad quam ſignificationem illam traxerat.* 3. *eſt nuda ſignificatio, ex proprio capite confiCta, ubi figura ſola eſt, neque quidquam in Scripturâ exſtat, quod per hanc ſignificari volunt, ut cùm per Aaronem Papam intelligi volunt; cùm tamen ne apiculus quidem Scripturæ, Papæ aut Papatûs mentionem ullam faciat. Homil. in Luc.* XVII. cit. *Glaſs. Philol. ſ. lib. II, P. I. Tract. II. Sect. III. Artic. V. p.* 298.

LXXX. *Amygdala* hujus Virgæ, ſenſu myſtico, de *Scripturâ, cruce, Chriſto* & *Mariâ* exponit *Hugo*; quia brevibus ſeſe expedit, juvat audire: Virga vel *Amygdalum* eſt *S. Scriptura, cortex* litera, *teſta* allegoria, *nucleus* moralitas, vel: *cortex amarus*, comminatio pœnæ æternæ, *teſta dura*, lamenta

H pœni-

pœnitentiæ, *nucleus dulcis*, promiſsio vitæ æternæ. Iſta tria ſunt in S. Scripturâ, unde in volumine Ezech. ſcripta erant lamenta, carmen & væ. *Lamenta* pœnitentium, *carmen* electorum, *væ* improborum. Plura non ſunt in S. Scripturâ, nec plures ſunt in Eccleſiâ. Vel, Amygdalum eſt *crux, cortex*, amaritudo Paſsionis, *teſta* fortitudo patientis, *nucleus*, dulcedo glorificationis. Item Amygdalum *Chriſtus; cortex* caro ejus; *teſta*, anima; *nucleus*, divinitas. Item Virga vel Amygdalum eſt *beata Virgo, cortex*, amaritudo de morte filii, *teſta* fortitudo fidei, *nucleus* gaudium, ſive ſpes reſurrectionis, *Comment. Tom. I. f.* 139. *col.* 1. Olympiodorus in Eccleſ. Nuces Amygdalas tribus, ait, conſtare partibus. Nam *extrinſecus viridem habent corticem, ligneæ teſtæ impoſitum, cui nucleus ineſt, quem comedimus: Sic eſt homo è corpore, animâ & ſpiritu compoſitus*. At Plinius reperit in nucibus, quandam *humani fœtus* imaginem, *multis modis à naturâ muniti:* Inde putat ortam *nucum Amygdalarumq́ ſparſionem in nuptiis*, boni ominis causâ, *lib. XV, cap.* 22. Ubi *Dalechamp.* de hoc ritu plura, ut & *Scaliger Pater lib. III. Poët. cap.* 100. *& Filius in Catull. Alex. ab Alex. lib. II. cap.* 5. *la Cerda in Virgil. Eclog.* 8. *v.* 30. Apud Alciatum Amygdalus ſignificat *ingeniorum illud præcox genus, quod non temerè pervenit ad frugem*, ut ait *Quintilianus*. Eadem in manu Principis, monet non eſſe cunctandum. Juſtitiam *aufert, qui differt.*

Tolle moras, populo quisquis jus dicere debes:
Judicis hoc baculus clamat Amygdalinus.

quæ habet *Urſin. Arbor. Bibl. cap. XXXI. pag.* 390. *n.* 5.

LXXXI. *Conjunctim* ſi ſpectetur Virga noſtra Amygdalina, *latiori ſenſu* Typus dicitur (1.) Eccleſiæ, cum adſcripto lemmate: *Nil deſperandum eſt!*

Flebi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

Flebile principium melior fortuna ſequetur,
Sicca etiam viruit Virga, rigante Deo.

Id. Urſin. num. 4. (2.) *brevioris, ſed melioris vitæ. Unâ nocte viruit, floruit, amygdala protulit Virga Aaronis, & vos, ô juvenes, citò ad frugem perveniſtis; quia bene, diu ſatis vixiſtis; paucis multos annos impleviſtis,* &c. *Ita D. Mullerus in Caten. Evang. P. I. p.* 1052. *a.* (3.) *Mariæ*, quam propterea *Auguſt. ſermon.* 18. *de temp. Virgam Aaronis vocat frugiferam ſuper naturam;* quod eleganti Emblemate expreſsit *Jac. Maſen.* Virga arida florem proferens, *ſine ſemine germen.*

Cernis, ut arenti vernans roſa ſtipite ſurgit,
Et nunc flore viret, quod modò truncus erat.
Virginis effigies parientis *Virga* putatur;
De virgâ flos eſt: virgine Matre Deus.

Speculo Imag. lib. V, p. 618. Omnes, ut diximus, ſunt Typi generaliores, quos indicaſſe ſufficiat.

LXXXII. Extra oleas tamen vagatur *Hugo: Sicut*, inquit, *in arcâ fuit Virga Aaron, quæ fronduerat, & floruit, & fructum fecit; ſic beata virgo rectitudinem vitæ tenuit, frondens per utilem locutionem, florens per bonam opinionem, fructiferans per bonam operationem. Ob hoc etiam non ſolùm virgam habuiſſe, ſed & virga Jeſſe dicitur* Eſ. 11, a. *Egredietur virga de radice Jeſſe* &c. *Hæc virga ſimul fronduit, & floruit, & fructum fecit; quia beata virgo filium genuit, qui eſt fons, & flos, & fructus. De hac virgâ dicitur* Num. 24. c. *Orietur ſtella ex Jacob, & conſurget virga de Iſraël. Beata Virgo dicitur ſtella, quia illuminat intellectus noſtros ad cognitionem Veritatis. Dicitur Virga, quia corrigit noſtras diſtortas voluntates, & dirigit ad amorem divinæ bonitatis. Comm. ad Ebr. f.* 258. *c.* 1. *m.* in quo typo tamen notandum: (1.) Omnia hæc cum grano ſalis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

eſſe accipienda, ne, dum Matris laudibus ſtudemus, Filio quidquam detrahamus. (2.) In Papatu hæc ita adſeruntur, ut invocationem Mariæ his allegoriis ſuperſtruant. Eo fine & Hugo *ex Bernhardo* locum adduxerat: *ille ſolus, ô beata Virgo, laudes tuas ſiluit, qui te fideliter invocatam in ſuis neceſſitatibus ſenſerit defuiſſe.* Vides ergo, quorſum illa encomia Mariæ tendant, ut adorationem Marianam contra omnem ſcripturam his typorum lenociniis ſtatuminent, & ſimplicioribus imponant, contra expreſſa Scripturæ dicta, Matth. IV, 10. Eſ. XLII, 8. I. Joh. II, 1. Rom. X, 14. Jer. XVII, 1. contra ipſius Mariæ effatum, quæ nos ad Chriſtum ablegat Joh. II, 5. contra antiquæ Eccleſiæ exemplum, quæ *cum Epiphanio* liberè profitetur: Θεὸς ἀπ' οὐρανῶν ἐλθὼν, σάρκα ἐνεδύσατο ὁ λόγος ἐξ ἁγίας παρθένου, οὐ μὴν δὲ προσκυνουμένης τῆς παρθένου, οὐδὲ ἵνα Θεὸν ταύτην ἀπεργάσηται, οὐχ ἵνα εἰς ὄνομα αὐτῆς προσενέγκωμεν; i. e. *Deus è cœlis veniens, carnem induit Sermo,* (Jeſus Chriſtus) *ex Sanctâ Virgine, non ut adoretur virgo, nec ut ipſe eam efficeret Deam, nec ut in ejus nomen offeramus,* &c. & paulò poſt: ἐν τιμῇ ἔστω Μαρία, ὁ δὲ πατὴρ, καὶ υἱὸς, καὶ ἅγιον πνεῦμα προσκυνείσθω· τὴν Μαρίαν μηδεὶς προσκυνείτω: οὐ λέγω γυναικὶ, ἀλλ' οὐδὲ ἀνδρὶ, Θεῷ προστέτακται τὸ μυστήριον· οὔτε ἄγγελοι χωροῦσι δοξολογίαν ταύτην· *In honore ſit Maria, verùm Pater, & Filius, & Spiritus S. adoretur: Mariam autem nemo adoret. Nulli fœminæ, quin & nulli viro convenit hocce* (adorationis) *myſterium, Deo illud competit. Neque etiam Angeli gloriam iſtam admittunt,* &c. *ex tertio libro adverſus hæreſes pag.* 449. *Edit.* Baſil.

LXXXIII. Deinde omnia hæc afferuntur & adſeruntur, ut Chriſto mediatori, Matrem in ſalutis negotio adjungant, quando eosdem Typos & eadem dicta & Filio & Matri applicant,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

plicant, cùm tamen ipſe Servator accuratè monſtret, quantum ſit diſcriminis in officio Mediatorio & auxiliatorio, inter Se & Matrem, τί, inquit, ἐμοὶ καὶ σοὶ, Joh. II, 4. Bene enim *Danhauerus* in hæc verba: *Phraſis hæc ab Hebræis orta, negationem notat ſocietatis, in jure aut officio unius cum alio*, Joſ. XXII, 24. מה לכם וליהוה. Quid vobis & Jehovæ? Matth. XXVIII, 19. μηδὲν σοὶ καὶ τῷ δικαίῳ ἐκείνῳ. Sic Anacreon è profanis. Τί γὰρ μαχαί σοι κἀμοὶ. quid mihi cum bellis? Senſus ergo eſt: In officio auxiliatorio nullæ tuæ partes, nihil mecum tibi commune eſt, vel ut breviter exponit *Emanuel Sa: Omitte me.* & monet *Chemnitius, diligenter hoc notandum, quòd Chriſtus hîc voluerit futuræ ſuperſtitioni de advocatione Mariæ opponere hanc ſententiam, ut oſtendat, quantopere abominetur, quando honor ſibi ſoli debitus inter ſe & Matrem, quaſi factâ ſortitione aut partitione, dividatur. B. Danh. in Memor. Evang. p.* 109. notamus (3.) poſſe quidem aliquâ ratione ad Mariæ Virginitatem hunc Typum trahi, reſpectu Chriſti ex Virgine nati, ſed inde totam Virgæ Aaroniticæ Hiſtoriam Mariæ accommodare incongruum eſt ei, quippe cujus Virginitas quidem in partu & poſt partum floret, ipſe autem Chriſtus *verum germen eſt Davidis, vera Virga Iſai, Vir Zemach*, ut deinde probabimus.

CAPUT OCTAVUM.
Typi minùs Principales.

LXXXIV. M*inus-principales* Typos vocamus, qui quamvis propriiſsimè non ſint ex intentione Sp. Sancti, aut Scripturâ monſtratrice, propiùs tamen accedunt *ad ſcopum*, & quibusdam etiam Scripturæ dictis non invenuſtè roborari poſſunt. Conſideratur autem in hac *Typicâ* accom-

 moda-

modatione, Virga noſtra *Abſolutè*, & *Relatè*. *Abſolutè* ſi ſpectetur, dicimus Virgam Aaronis eſſe Typum *Chriſtianiſmi floreſcentis, Pœnitentiæ Vireſcentis, & Reſurrectionis certò ſequentis.*

LXXXV. *Virga Aaronis* Typus eſt 1. *Chriſtianiſmi floreſcentis*, vel Chriſtiani in Chriſtianiſmo bonorum operum floribus germinantis. Ita enim *Origenes Hom. IX. in Num.* & ex illo *Auguſtin.* Serm. 69. de temp. *Qui in Chriſtum credit, primùm moritur, deinde renaſcitur; primum germen eſt prima in Chriſto confeſsio: ſecundò priùs frondeſcit, ubi renatus donum Gratiæ & Spiritûs ſanctificationem recipit: deinde profert flores, ubi proficit & ſuavitate morum decoratus, & fragrantiam miſericordiæ, & benignitatis effundit; tandem affert fructus juſtitiæ, quibus non ſolùm ipſe vivat, ſed viam aliis præbeat, proferendo ex ſe verba fidei & ſcientiæ Dei.* Egregium ſanè, *judice Walthero*, de hoc opere judicium, & analogiæ fidei planè congruum. Quilibet enim Chriſtianus, qui naturâ aridum eſt lignum, Servatori ſuo Chriſto, ut palmes Viti, inſeritur, Joh. XV, 4, 5. ut ſit tanquam *lignum plantatum juxta rivos aquarum*, Pſal. I, 3. *Juſtus ut Palma germinabit, ut Cedrus in Libano creſcet. Plantati in domo Domini, in atriis Dei noſtri germina profundent. Adhuc abundabunt in canitie, pingues & virentes erunt*, Pſ. XCII, 13, 14, 15. **Da ſtehen alle** miracula **bey einander/die ſich mit Aarons Rute begeben /** verba ſunt *Walth. in Epiſt. ad Hebr. Conc. XLVII, p.* 591 *Hugo Cardinalis* alium forſan locum reſpexit: *dicit Origenes*, inquit, *quòd virga eſt Chriſtianus, qui germinat in Chriſtianiſmo, frondeſcit in Baptiſmo, floreſcit in bonâ converſatione, fructificat in prædicatione, in Comment. ad Num. XVII, f. 139. col. 1.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

LXXXVI. 2. *Pœnitentiæ vireſcentis.* teſt. *D. Botſacc, Virga Aaronis* ante *ſterilis,* mox *florida* redditur, Deo benedicente: ita homo eſt ſterilis *Virga* & ficus, Matth. XXI, 19. Mala arbor, Matth. III, 10. inutilis palmes, Joh. XV, 2. ſed in pœnitentiâ, accedente Dei ſpiritu, mox arbor *frugifera redditur,* impletur *fructibus juſtitiæ,* Phil. I, 11. *fit arbor plantata juxta rivos aquarum, & fructus profert in tempore ſuo,* Pſ. I, 3. fructus hi ſunt *fructus Sp. Sancti,* Gal. V, 22. *In moral. Ged. f.* 902. Similia habet *D. Calov. Ipſe* (Chriſtus) *in nobis germinat fidem, & profert flores per confeſſionem, ac fructus per boni operis exſecutionem, efficit denique, ut ex aridis noſtris pulveribus rore gratiſsimo Sanguinis ſui irrigatis,* Eſ. XXVI, 29. *nova prodeant quaſi germina,* Joh. XII, 24. *& oſſa noſtra tanquam herba germinatura ſint,* Eſ. LXVI, 4. *In Comment. ad V. T. Num.* cap. XVII, 8. Et h. m. Typus quoque.

LXXXVII. 3. *Reſurrectionis certò-ſequentis.* Qui enim ſolâ verbi virtute aridam Virgam fecit floridam, idem Deus arida corporum noſtrorum oſſa, ſolâ voce reſuſcitabit, vivificabit, refocillabit, fructificabit, exornabit. Audi *Auguſtinum* miraculum hoc ita explicantem: *In his reſurrectionis ex mortuis Sacramentum evidenter agnoſcimus. Virga enim arida germinat, cùm corpus exſtinctum cœperit reviviſcere. Sed quænam ſunt illa quatuor, quæ reſurgenti corpori præſtabuntur? ut ſeminatum corpus in corruptione, ſurgat in incorruptio; & ſeminatum in infirmitate, ſurgat in virtute; ſeminatum in ignominiâ, ſurgat in gloria; ſeminatum corpus animale, ſurgat corpus ſpirituale,* I. Cor. XV, 43, 44. *Iſta ſunt quatuor, quæ Virgæ arida corporis noſtri in reſurrectione germinabit. Auguſtin. Serm. 99. de tempor.* Quorſum absque dubio digitum intendit *Hugo,* in Comment. ad h. l. *Per iſta quatuor,* inquit, *germinavit,*

fron-

fronduit, floruit, fructificavit; *ſignificantur quatuor dotes corporis*, Joh. 5. & 6. *per hoc, quòd dicitur ibi quater, reſuſcitabo*, f. 139. col. 1. *Gregor.* etiam ad Chriſti reſurrectionem accommodat, ex quâ noſtram reſurrectionem efficaciter probari poſſe, non eſt quod dubitemus: *Quid hoc*, inquit, *ſigno innuitur, niſi, quòd omnes, qui usque finem mundi jacemus in morte, quaſi virgæ reliquæ in ariditate remanemus? ſed cunctis virgis in ariditate remanentibus, Virga Levi ad florem rediit; quia corpus Domini, veri ſcilicet Sacerdotis noſtri, in mortis ariditate poſitum, in florem reſurrectionis erupit. Quo flore Aaron rectè Sacerdos eſſe cognoſcitur; quia hâc reſurrectionis gloriâ Redemtor noſter, qui de tribu Judâ & Levi* (falſum poſterius) *ortus eſt, Interceſſor pro nobis eſſe monſtratur. Ecce ergo jam Virga Aaron poſt ariditatem floret, ſed virgæ duodecim tribuum in ariditate remanent; quia jam pridem corpus Domini poſt mortem vivit, ſed noſtra adhuc corpora usque ad finem mundi à reſurrectionis gloriâ differuntur. Lib. XIV. moral. cap. 28. in princ.*

LXXXVIII. *Relatè* ſi Virga noſtra Aaronica conſideretur, Accommodatio Typica fit reſpectu *Arcæ*, in quâ conſervabatur *cum Tabulis, & Urnulâ Mannæ*. Pro Typicâ ergo variatione *Arcæ*, variant & hîc typi: *Arcam* ſi dixeris Typum *Cordis Chriſtiani* in Chriſtum credentis; *Virga* Typus eſt *Orationis*. Audi *B. Walth. Sit cor tuum Myſtica Dei arca, in quâ circumferantur Tabulæ Moſis*, ſeu decem præcepta, *ad vitam rectè inſtituendam, Manna Articulorum fidei, & florida Virga feriæ Orationis. in Epiſt. ad Hebr. Conc. XLV. p. 577. Arcam* ſi dixeris typum *Virtutis*; *Virga* typus eſt *Spei*. Virtutes Cardinales ſunt Fides, Charitas, ſpes. *Fides* eſt aurea Urna, in quâ cœleſtis *Manna* Chriſtus, cum ſuis meritis, aſſervatur; *Charitas*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

ritas eſt legis impletio, ſignificata *tabulis* Teſtamenti; *Spes* adumbrata eſt *Virgâ Aaronis*, quæ arida, præter omnem ſpem, unâ nocte germinavit & floruit. *B. Walth. in Epiſt. ad Hebr. p.578. Arcam* ſi dixeris Typum Myſterii Trinitatis; *Virga* denotat Dei *omnipotentiam; Tabulæ* Dei omniſcientiam; *Manna* beneficentiam. Illa tribuitur in Scripturis *Patri;* iſta *Filio;* hæc *Sp. Sancto,* teſte *eodem Walth. in Epiſt. ad Hebr. Conc. XLVI. pag.* 578.

LXXXIX. Si dixeris *Arcam* Typum Eccleſiæ; *Virga* Typus erit 1. *Aut Gratiæ divinæ.* Audi *Dietericum: Typica Judæorum Arca continebat tabulas, Manna, & Virgam; Myſtica noſtræ Eccleſiæ Arca in ſuis Sacramentis, continet divinam Gratiam, quâ velut tabulis docemur, paſcimur tanquam Mannâ, & tanquam Virgâ dirigimur & corrigimur. Nec continet ſolùm, ſed & eam confert per hæc ipſa Sacramenta ſanctiſsima Deus, tanquam per adjumenta, & divinitùs parata inſtrumenta, quorum interventu applicatur omnibus non indignè ſuſcipientibus Virtus meritorum Chriſti. In Antiq. Bibl. p. 204. a.* 2. *Aut Typus Magiſtratus.* In Eccleſiâ tres Hierarchiæ. Moſis tabulæ depingunt *ſtatum Eccleſiaſticum*, cui *Lex* curæ eſt, & *Evangelium,* duæ Tabulæ Chriſti; Virga *ſtatum Politicum,* qui Sceptro corrigit & corripit; Manna *Oeconomicum*, qui in ſudore vultûs panem comedit. *Walth. in Epiſt. ad Hebr. XLVI. p. 578. Herberg. Tom. VI. Magnal. p. 224. ſeq.* 3. *Aut Typus crucis;* Audi *Botſaccum:* In *Arcâ* repoſita erat *Manna, Virga, Lex:* ſic in Eccleſiâ eſt *Manna* Evangelium, *Lex* Chriſti; *Virga* crucis & tribulationis; inq; ea Lex & cognitio Dei, quam patefecit in eâ, I. Tim. III, 18. *In Moral. f. 322.* Conf. *Joh. de S. Geminiano* de parab. & ſimil. *Libr. IX. cap. XLII, 358.* Hæc de *Minùs-principalibus* adduxiſſe ſufficiat.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

CAPUT OCTAVUM.

Typi Magis-Principales.

XC. M*Agis-principales* Typos vocamus illos, qui ſunt ex ipsâ intentione Dei, miraculum hoc eo fine exhibentis, ut ſimul Typus eſſet *& confirmandi Sacerdotis ſummi*, qui erat Aaron, & *venturi Meſsiæ*, cujus Typum Aaron geſsit. Duos ergo hujus loci dicimus Principaliores Typos: alter eſt *Miniſterii* ſeu Sacerdotii; alter *Myſterii* ſeu Meſsiæ, ejusq; Officii.

XCI. Virga enim Aaronis principaliori ſcopo fuit Typus *Miniſterii* ſeu Sacerdotii Levitici, quod patet (1.) *ex miraculi ſcopo*, qui erat confirmatio Aaronis & Levitarum in Sacerdotio; unde non malè concluditur, fuiſſe quandam analogicam conformationem *in Virgâ illâ florente, & Sacerdotio*, tanquam Typo & antitypo. (2.) *Ex Jehovæ mandato*, qui expreſsè mandato cavit, ut reponeretur לְאוֹת *in ſignum filiis Rebellionis*, ut intuentes hanc Virgam, viſibile ſignum haberent Sacerdotii Levitici, à Rebellibus neglecti, ſed à Deo egregiè vindicati. (3.) *ex ſimili textu*, diximus ſupra Theſi 85. Davidem Pſ. XCII, 13, 14, 15. eâ deſcriptione reſpexiſſe ad hoc miraculum, cùm omnia, quæ in Virgâ noſtrâ evenerant, eleganter ſatis conjunxerit. Nunc addimus, denominationem ibidem deſumtam à Sacerdotio Levitarum, eorumq; Miniſterio, cujus erat, *eſſe in domo Domini, plantatum eſſe in ejus atriis, & virere in ſervitute Dei*. Hæ ergo comparationes ſcopum monſtrant *Virgæ Aaronicæ*, Conf. Pſ. LII, 109. (4.) *Ex interpretum conſenſu*, qui fere omnes ad Chriſtum primariò hunc typum dirigunt; non tamen inficias eunt, *Virgam* hanc Figuram fuiſſe inſignem Sacerdotii Levitici, quod ſola *Ambroſii* verba, ſupra Theſi adducta abundè demonſtrant.

B. Ger-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

B. Gerhardi & *Grotii* ſententiam allatam habebis infra Theſi 96. 106. Alia de his teſtimonia lege apud *D. Pelargum*, *Corn. à Lap.* ut & *Hieron. Lauret.* in voce *Baculus.* (5.) *Ex Hiſtorico nexu*, quia omnia Hiſtoriæ momenta facilimè ad Sacerdotium applicari poſſunt; *in genere* quidem ad miniſterium & V. & N. T. *in ſpecie* verò ad Sacerdotium Leviticum. Nos, quâ poſſumus brevitate, potiora delibantes, ad Miniſterium *in genere* typum applicabimus.

XCII. Eleganti enim hoc typo tria jucundè delineantur circa ſtatum Sacerdotalem, (1.) *Miniſtrorum indignitas*, (2.) *Miniſterii dignitas*, (3.) *ejusdemq́ Utilitas.* Primum eſt: *Miniſtrorum indignitas*, quæ hîc præcipuè attendenda; quia miniſtri naturâ nihil ſunt, niſi aridæ in manu Moſis *virgæ; non ſumus idonei per nos ipſos ad cogitandum quidquam, velut ex nobis ipſis; ſed quòd idonei ſumus, ex Deo eſt, qui etiam fecit, ut idonei eſſemus miniſtri N. T.* II. Cor. III, 5. 6. *Quis* enim *Paulus? Quis Apollo? niſi miniſtri per quos credidiſtis; Ego plantavi, Apollo rigavit, ſed Deus dedit incrementum. Itaque, neque is qui plantat, eſt aliquid, neque qui rigat, ſed Deus, qui dat incrementum*, I. Cor. III, 5, 6, 7. *Omnes naturâ ſumus inhabiles ad gratiam & munus divinum, Virtute ſpirituali carentes, naturâ filii iræ; ſed ſi digniores reddimur aliis, à quo illa dignitas, niſi à Deo? Omnes ſumus ſilveſtres arbores, in Horto Dei, qui ſi ramum gratiæ indiderit, ſuâ electione ſublime quid addit. Cujusque nomen ſuæ additum eſt virgæ, non hîc ullum diſcrimen neque literarum, neque ligni. Literæ Aaronis neque elegantiores, neque Virga nobilior, ſola Dei electio hanc parit differentiam.* Ita fere *Joſeph. Hall, in Viſ. Bibl. P. I. p. 48.* Gratia ergo Dei, ejusq; gratioſa electio ex aridis *floridam* facit *virgam*; Eſt hic *Chorus obediens; Moſes colligens, Deus eligens.* Ea quo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

que miniſtrorum vocatio legitima eſt, quæ fit *populo præſente*, ſpectante & approbante, *Moſe* verò ſeu Magiſtratu *vota colligente* & dirigente, ſed & aſſumente Virgam ex manu Aaronis: tunc enim Deus floriditate ſingulari approbat, quem præ aliis elegerit. Quod ſi omnia tam candidè agerentur in electione Miniſtrorum, ut hîc in colligendis virgis res geſta eſt, non aridas virgas Eccleſia inter ſuas numeraret, ut verè dici poſsit: *Multiplicaſti Domine gentem, ſed non magnificaſti lætitiam*, Eſ. IX, 3.

XCIII. Verùm non tam Dominus multiplicavit numerum, quàm hi, qui ſine ejus voluntate aut vocatione in clerum irumpunt vel irrepunt, & hi ſunt de numero ſuper numerum, indigni de numero numerari. Non enim adſpirant ad ordinem ſacrum, ut Dominus ſit pars eorum, ſed ut de parte Domini lautè vivant, & de patrimonio Crucifixi honoratè incedant. Qui tali fine ad Sacerdotium aſcendunt, funem ſibi nectunt funeſtum, & ruinam moliuntur: qui tali intentione beneficium ambiunt, veneficium inveniunt. Et de his rectè dixeris, *quòd à Spiritu nequam in pinnaculum Templi deferantur, ut æterno tandem præcipitio colliſi pereant. Marchant. Hort. Paſt. p. 1008., 6.* Sed quorſum ego? id dictum volui, nullam virgam dignam fuiſſe, quæ ad arcam Dei in Sanctum Sanctorum aſportaretur, niſi à Deo electa, à Moſe collecta, à choro Principum tradita fuiſſet: ſine legitimâ vocatione *ad Arcam Dei* advolare, in Sanctum Sanctorum irrumpere, eſt violare & turbare omnia divina & humana. Dignitas eſt, Dei in miniſterio ſervitus; ſed *nemo ſibi ſumat hunc honorem, niſi à Deo vocatus, tanquam Aaron*, Hebr. V, 4.

XCIV. Alterum, quod hoc typo deſignatur, eſt *Miniſterii dignitas*, quæ elucet ex *beneficio* & *officio*. *Beneficium* eſt

Dei

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

Dei Magiſtri, *Officium* ſervi ſeu Miniſtri. Utrumque Miniſterio ſuam aſſerit dignitatem. *Beneficium* Dei eſt, quòd ex aridis Virgis faciat (1.) *Virgas Gratiæ*, (2.) *Virgas Jehovæ*, (3.) *Virgas Eccleſiæ*. *Virgas Gratiæ* vult eſſe ſuos in Eccleſiâ miniſtros, *quos Moſes invenit*: non qui quærunt beneficia, ſed qui, ut beneficia inveniant, priùs inveniuntur, quàm quærunt. Presbyterium deſiderare ſine peccato quis poteſt, modò fiat legitimè, ut non tam honos, quàm onus deſideretur: non enim ſine ratione utrumque Paulus conjungit: *Certus eſt hic ſermo, ſi quis Epiſcopatum deſiderat, præclarum opus deſiderat*, I. Tim. III, 1. Bene Theophylactus: *Si quis cupit præeſſe, nihil impedio. Opus namque bonum deſiderat, hoc eſt negotium habere cupit; Nolim tamen dominandi quiſpiam cupiditate ducatur. In Epiſt. Pauli, fol. 327. b.* quò ergo plus operis deſiderat, eò plus gratiæ invenit apud Deum, cujus inter virgas numerari, non minima; inter virgas peculiari modo eligi, major; inter Virgas florere, maxima eſt Gratia.

XCV. *Beneficium* Dei eſt, quòd ex aridis faciat *Virgas Jehovæ*. In Principum virgis ſingula erant ſingulorum *nomina*, in Virgâ Aaronis, ejusdem *nomen*; in Virgâ Moſis *nomen Jehovæ*: At in Eccleſiæ Miniſtro triplex nomen, ſed quale? non humanum, non politicum, non Hypocriticum, ſed *Jehovæ*, cujus eſt Miniſter, & *Chriſti* ſummi Sacerdotis, cœleſtis Aaronis. *Paulus Apoſtolus non ab Hominibus, neque per hominem, ſed per Jeſum Chriſtum ac Deum Patrem*, Gal. I, 1. cui ſuum miniſter quidem addit *nomen*, non ut glorietur de ſuo nomine, & opere; *Non nobis Domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam!* Pſ. CXV, 1. ſed ſui excitandi gratiâ, dicturus quaſi: En *Tu* Miniſter Dei, *Tu* ſervus Jehovæ, *Tu* Sacerdos Chriſti, *Vigila ſuper te ipſum, excita te ipſum, admone Te ipſum, & quid-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

quid ſit de aliis, non negligas te ipſum. Tantùm proficies, quantùm tibi vim intuleris. Thomas à Kemp. l. I. de Imitat. cap. ult. Si ergo honorem quæris *in tuo*, favorem potiùs agnoſce *in divino nomine, cujus gratiâ es, & gratia ejus, quæ in te collata, non fuit inanis*, I. Cor. XV, 10. *Beneficium Dei*, quòd ex aridis faciat *Virgas Eccleſiæ*, quibus ſingulis, *Paſce*, inquit, *populum tuum cum pedo tuo*, Mich. VII, 14. Sunt qui putant, Moſen *Virgâ Aaronis* percuſsiſſe petram; ſit ita: major erit hujus virgæ gloria. Eccleſiæ miniſtri *Virgæ* ſunt *Eccleſiæ*, quia *percuſſores Petræ*; illis dicitur, *Loquimini ad Petram, & dabit vobis aquam*, Num. XX, 8. Ad quam petram? utique ad duplicem (1.) loquimini ad *Cor Petroſum* & impœnitens, ut contritionis aquas donet, verbo compunctionis à vobis percuſſum. Loquimini etiam, & quidem maximè ad Chriſtum, qui his ſiccis & duris cordibus aquam gratiæ non denegat abundantem. Ita fere *Marchant. de Virga Aaron, Tract. I, Lect. II, 998. b.*

XCVI. *Officium* verò ſervi ſeu *Miniſtri*, eſt, ne minuat miniſterii ſui dignitatem, ſed augeat potiùs, conſiderando, quòd *Virga* ſit, non Ruſtici per omne cœnum baculo ſuo perreptantis, ſed *Domini*, cujus Virga non eſt ſine autoritate, & gerenti ſemper inſuſurrat, ut immaculatam ſervet. Cui in aulâ Princeps *baculum* offert, huic dignitatem confert, injungens ſimul, ut ſuo ſe gerat dignum officio. Dignitas eſt *in Eccleſiâ miniſtris*, modò *non demus cuiquam ullam offenſionem, ut non vituperetur miniſterium noſtrum, ſed in omnibus exhibeamus noſmetipſos, ſicut Dei miniſtros*, II. Cor. VI, 3, 4. *Dignitas* ergo, modò rectè gerant & dirigant 1. *Virgam doctrinæ*. Hebræis baculum gerere ſignum erat doctrinæ: Præceptoribus ſceptra ſcholaſtica doctrinæ ſunt ſymbola. In Virgâ & doctrinâ Miniſtrorum fulget *Nomen Jehovæ*, ſeu doctrina de eſſen-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

eſſentiâ, voluntate, & operibus divinis, quam ſedulò inculcant, dicentes cum Meſsiâ: *Annunciabo nomen tuum fratribus tuis*, Pſ. XXII, 23. ſplendet in eorum Virgâ *nomen Jeſu*; docent, *quòd non in alio quopiam ſit ſalus, nec aliud nomen ſub cœlo datum hominibus, per quod oporteat nos ſalvari, niſi nomen Jeſu*, Act. IV, 12. *Coram arcâ* quieſcit eorum Virga, quorum doctrina auditoribus ad ſolum Chriſtum viam monſtrat, *quem propoſuit Deus propitiatorium per fidem in ſanguinem ipſius*, Rom. III, 25. Erat hæc conjuncta *tabulis legis cum urnulâ Mannæ*, Hebr. IX, 4. conjungunt enim ubique Legem & Evangelium, Vinum & Oleum, Luc. X, 34. *Virga Aaronis in arcâ fœderis notat Miniſterium ſacrum; Tabulæ Moſaicæ legem; Manna Evangelium. Significatur igitur, Legem & Evangelium debere eſſe in Miniſterio verbi conjuncta. B. Gerh. in Aphoriſm. Theol. p. 244.*

XCVII. *Dignitas*, modò recte uſurpent 2. *Virgam diſciplinæ.* Diximus Virgam Symbolum fuiſſe poteſtatis etiam Eccleſiaſticæ, habent ergò Miniſtri ſuas virgas, ſuam, inquam, poteſtatem, non αὐτοκρατορικὴν, quæ ſoli competit Deo, nec πολιτικὴν, quæ Magiſtratui civili conceſſa, & à Spiritu S. Miniſterio denegata, Matth. XX, 25. Marc. X, 42. Luc. XXII, 25. II. Cor. I, 24. I. Petri V, 3. ſed merè *Eccleſiaſticam*, quæ conſiſtit in prædicatione verbi, diſpenſatione Sacramentorum, uſurpatione clavium, & adminiſtratione diſciplinæ Eccleſiaſticæ, vid. Matth. XVIII, 17, 18. Joh. XX, 33. II. Cor. X, 8. II. Cor. XIII, 10. Nimirum *in in reliquis Eccleſiæ ordinibus, Politico ſcilicet & Oeconomico, poteſtas aliqua divinitus eſt conceſſa; ita quoque ordini Eccleſiaſtico aliquam poteſtatem eſſe datam in propatulo eſt. Quemadmodum enim nec Politicus, nec Oeconomicus ordo poteſt obtinere finem ſuum, propter quem inſtitutus eſt, niſi*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

per poteſtatem cuilibet illorum ordini conceſſam, ita nec Eccleſiaſticus poteſt obtinere finem, propter quem divinitus inſtitutus eſt, niſi per aliquam poteſtatem itidem divinitus ipſi conceſſam, *Gerhard. L.L. C.C. Tom. VI. p. 220.*

XCVIII. Nec tamen hæc quidquam faciunt ad poteſtatem ſummam temporalem Romano Pontifici aſſerendam, ejusq; Cardinalibus, Epiſcopis, & Prælatis, quod vult *Marchantius de Virga Aaronis Tract. I. Lect. I. p. 996.* Probandum illi erat, Pontificem V. T. habuiſſe omnimodam poteſtatem, quam ſibi arrogat Pontifex Romanus; 2. à Pontifice V. T. ad Pontificem Romanum nulla eſt conſequentia. 3. Poteſtas, quam habet & exercet Pont. Rom. non eſt juris, ſed facti. 4. à Virgâ Aaronicâ ad poteſtatem Pontificiam eſt argumentatio *à baculo* (quod ajunt) *ad angulum.* Nec valet argumentum *Bellarmini*, quod à Sceptris & virgis deſumit, hoc loco nobis reſolvendum: *Quando*, inquit, *Reges & Principes ad Eccleſiam veniunt, ut Chriſtiani fiant, recipiuntur cum pacto expreſſo vel tacito, ut ſceptra ſua ſubjiciant Chriſto, & polliceantur, ſe Chriſti fidem ſervaturos & defenſuros, etiam ſub pœnâ regni perdendi: ergo quando fiunt hæretici, aut religioni obſunt, poſſunt ab Eccleſiâ judicari, & etiam deponi à principatu, nec ulla eis injuria fiet, ſi deponantur. Libr. V. de Rom. Pont. Cap. VIII. Rat. 4. pag. 1074.*

XCIX. Enthymemate ludit *Cardinalis*, ut faciliùs imponat. Fiat ergo Syllogiſmus: Quicumque Chriſto ſceptra ſua ſubjiciunt, in eorum ſceptra Papa habet poteſtatem. Atqui Chriſto Reges Chriſtiani ſceptra ſua ſubmittunt. E. in eorum ſceptra Papa habet poteſtatem. Negatur 1. Conſequentia majoris. Quod enim Chriſto, non fit Papæ; Aliud eſt Chriſto, aliud Papæ ſceptra ſubjicere. 2. Si concedatur, Eccleſiam habere

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

bere aliquam poteſtatem in Reges, ex eo fundamento, quòd Sceptra ſua Chriſto ſubjecerint; Poteſtas illa non eſt civilis, ſed Eccleſiaſtica, quæ in opum & regnorum ſpoliatione non conſiſtit. Julianus enim, qui à fide Chriſtianâ defecit, & Imperatores illi, qui in *Arrii* caſtra tranſivêre, regnis ſuis exſuti non fuerunt. 3. *Subjecerunt ſua Sceptra & animas etiam Chriſto, ſub pœnâ mortis & omnis generis cruciatûs: non tamen ſequitur, vel Papam vel Eccleſiam poſſe iſtas pœnas illis infligere*, ut rectè reſpondet *Ameſius, Bellarm. Enerv. Libr. III, Cap. IX, th, 6. pag. 252.*

C. Nimirum Eccleſiæ Miniſtri *Virgâ* quidem ſunt ornati, non autem inſtar *Regum*, de quibus Chriſtus: *Reges gentium dominantur, vos autem non ſic*, Luc. XII, 26. ſed inſtar *Paſtorum*, qui Virgâ non tam regunt, quàm dirigunt oves; inprimis *Paſtorum miniſtri*, quales ſunt propriè, qui de Chriſto Paſtore Paſtores dicuntur, aperientes & claudentes cœlum, beneficio clavium, quæ ſunt inſtar *virgarum*, quibus claudunt & aperiunt; claudunt cœlum impœnitentibus, aperiunt pœnitentibus, Matth. XVIII, 18. Joh. XX, 23. non tam regentes, quàm dirigentes & attendentes, ut omnia in Eccleſiâ fiant *ordine & decenter*, I. Cor. XIV, 40. ſed proh Deum immortalem! Virgam hanc diſciplinæ ubique quærimus, nullibi reperimus! diu deperditam dicamne *incuriâ Miniſtrorum*, an injuriâ aliorum, qui autoritatis Miniſterialis reliquias prorſus volunt ſublatas? Vix *Virgulam correctionis* in manu geſtant, qui *Virgam correptionis* uſurpare debuiſſent! Vix *Virgulâ* minari audent, qui *Virgam* intentare potuiſſent! Sed hæc temporum eſt ſive *labes* ſive *tabes*! Hinc illæ lacrymæ! Ea enim ipſa Diſciplina, ſi ſuo tempore & modo cum prudentiâ adhiberetur, ſummam Miniſterio conciliare &

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

potuiſſet & debuiſſet Autoritatem; nunc deperdita eidem reliquit & peperit, ſi non ignominiam, tamen contemtum!

CI. *Dignitas*, modò non abjiciant cum Diſciplinæ 3. *Virgam quoque vitæ genuinæ*, quam eleganter ſatis Virga noſtra depingit. *Erat illa* non *curva*, ſeu *nodoſa*, ſed *recta*. Vita nimirum Miniſtri à *curvitate* peccati & *nodoſitate* vitiorum libera eſſe debet; alioquin reprobanda, ignisq; æterni incendio operienda. Sit potiùs *recta* & *procéra*, divinæ regulæ conformis; nec ad terram incurvata, nec de ligno ſpinoſo aut præfracta, ut erga alios poſsit eſſe *virga directionis*, *Virga correctionis*, erga Deum *Virga electionis*, *Virga dilectionis*. *Erat illa* non *de nucum frutice*, ſed *de Amygdalinâ arbore*. Nuces relinquendæ ſunt illis, qui ſacra tractant: tractanda verò Amygdala, non manibus, ſed moribus. Amygdalus enim *Vigilantiæ Sacerdotalis* eſt Symbolum, quòd poſt hiemem *prima quaſi evigilet, quia prima floret*: Hinc quod in Fonte eſt: *Baculus Amygdali*, Vulgata vertit: *Virga Vigilans*, Luth. wakkern Stab/ Jer. I, 11. LXX habent *βακτηρίαν καρυΐνην*, *Theodotion ἀμυγδαλίνην*, *Aquila* & *Symachus γρηγοροῦσαν*. Vid. *de hâc Viſione Tract. Joh. Henr. Urſin. p. 8.* Vigilare autem debent Miniſtri, cùm *Sui*, tum *gregis* causâ. *Sui causâ*, ne paſsionibus & vitiis in animum furtim irrepentibus locum dent dormiendo, & cum torpore ſe gerendo. *Si incipis tepeſcere, incipies malè habere. Si dederis te ad fervorem, invenies magnam pacem, & ſenties leviorem laborem, propter Dei gratiam, & virtutis amorem. Thom. à Kemp. lib. I. cap. XX, p. 101. Monſtroſa res eſt gradus ſummus, & animus infimus; ſedes prima, & vita ima; lingua magniloqua, & manus otioſa; ſermo multus, & fructus nullus; vultus gravis, & actus levis; ingens autoritas, & nutans ſtabilitas.* Ita eleganter ſatis *Bernh.* cit. *Gerh. in Aphor. p. 265.*

CII.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

CII. *Gregis cauſâ*, ne lupo ferarumq́; ſpiritualium occurſibus infeſtentur, nec corrupti mores, neque pernicioſi errores gregatim irrumpant, & fero laniatu ovile Dominicum diſcerpant. Imitentur ergo vigilem Paſtorem, fidum Jacobum, de ſe teſtantem Gen. XXXI, 38. Audiant monentem Paulum: *Tu verò vigila, in omnibus labora, opus fac Evangeliſtæ, miniſterium tuum imple*, II. Tim. IV, 5. Nempe excubare debet Paſtoris cura pro ſingulorum ſalute, & ſicut non dormit neque dormitat, qui cuſtodit Iſraël; ita nec dormitare debet, aut dormire, qui cuſtodit Iſraël. *Marchant. de Virg. Aaron. Tr. I. Lect. II, 997. Quid eſt enim, quòd Vigilantibus Paſtoribus apparet Angelus, eosq́; Dei claritas circumfulget*, Luc. II, 9. *niſi quòd illi præ cæteris videre ſublimia merentur, qui fidelibus gregibus præeſſe ſoliciti ſciunt? dumq́; ipſi piè ſuper gregem vigilant, divina ſuper eos gratia largiùs coruſcat. Gregor. hom. 8. in Evang.* Vigilandum verò cum patientiâ, ut *amygdalus* inter frigora, grandines, pluvias, ventos, non modò creſcit, ſed & floret. Vita Miniſtri florida ſit, quamvis non libera à multis adverſitatibus, à contradictione linguarum, à calumniis malignantium, ab infeſtatione improborum, aliisq́; grandinibus & ventis, vitæ Sacerdotalis flores lædere annitentibus. Sed nec id prætereundum, quòd Amygdala exteriùs in cortice duritiem & amaritudinem habeat, interiùs nucleum gratiſsimum. *Aſpera enim*, verba ſunt Gregorii, *& continens duraq́; debet eſſe exteriùs Sacerdotis vita; intus autem in occulto ſuave quoddam edulium continere: quod tunc manifeſtatur, cùm maturum fuerit, cùmq́; corruptus fuerit ſtipticus & circumfuſus cortex, & lignea nuclei teſta defracta. Greg. Nyſſ. lib. de Vitâ Moſis.*

CIII. Ubi *Vita* hæc *ſanctitatis*, ibi *Virga dignitatis* in

 manu

manu *Aaronis.* Audiamus hâc de re Patrum dicta. *Ambroſii* hæc eſt parænefis ad Sacerdotes: *Audite me Duces & Rectores gregis Chriſti: Audite me rogantem vos, & pariter timentem, & honorem ſacerdotalem demonſtrare volentem, ut, cùm honoris vobis prærogativam monſtramus, merita etiam congrua requiramus. Dignum eſt enim, ut dignitas Sacerdotalis priùs noſcatur à nobis, & deinde ſervetur à nobis, ut Pſalmographi ſententia repelli queat à nobis: Homo cum in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt jumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis, Pſ, 49, 14. (In libro de dignitate Sacerdotali.) Vides nihil in Sacerdotibus plebejum requiri: nihil populare, nihil commune cum multitudine, ſobriam à turbis gravitatem, ſeriam vitam, ſingulare pondus dignitatis ſibi vendicat dignitas Sacerdotalis. Quomodo enim poteſt obſervari à populo, qui nihil habet ſecretum à populo, nihil diſpar à multitudine? Quid enim in te miretur, ſi ſua in te recognoſcat, ſi nihil in te aſpiciat, quod ultra ſe inveniat, ſi quæ in ſe erubeſcit, in te etiam offendat? Supergrediamur igitur ſtrata gregalis converſationis; ſit noſtra via anguſtior, virtus exuberantior, trames preſſior, fides ſublimior, callis arctior, vigor mentis exundans, ſit greſſus ad ſuperiora. (Ambroſ. Ep. 6. ad Irenæum) Nihil eſt in hoc ſeculo excellentius Sacerdotibus, ſi, quod ſumus profeſſione, actione potiùs, quàm nomine demonſtremus, ut nomen congruat actioni, actio reſpondeat nomini, ne ſit nomen inane, & crimen immane, ne ſit honor ſublimis, & vita deformis, ne ſit deifica profeſſio, & illicita actio. (Ambr. libro de dign. Sacerd.) Sacerdos debet eſſe Chriſti alumnus, à peccatis ſegregatus; rector, non raptor; ſpeculator, non ſpiculator; diſpenſator, non diſſipator; pius in judicio, juſtus in conſilio, devotus in choro; ſtabilis in Eccleſiâ, ſobrius in menſa; prudens in lætitiâ, purus in conſcientia; aſſiduus in oratione, pa-*

tiens

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

tiens in adverſitate; lenis in proſperitate; dives in virtutibus, expeditus in actibus; ſapiens in ſermone, verax in prædicatione. (Iſid. lib. II, Ep. 2.) Accedat ergo Sacerdos ad Altaris tribunal ut Chriſtus, aſsiſtat ut Angelus, miniſtret ut Sanctus, populorum offerat vota, ut Pontifex, interpellet pro pace, ut Mediator, pro ſe autem exoret, ut homo: huic expedit, ut divinæ laudis ſit amator, religioſus in ſe, humilis corde, & erga proximorum errata compaſsione compunctus. (Laur. Juſtin. ſerm. Corp. Chriſti.)

CIV. Tertium, cujus Typus reſpectu Sacerdotum Virga Aaronis, *Miniſterii* eſt *Utilitas*, ſeu fructus doctrinæ ſperandi à miniſtris, fideliter officium ſuum obeuntibus. Væ enim Virgis aridis, quæ in tabernaculo etiam ſine germine conſpiciuntur! Moſes quidem Tabernaculo infert virgas aliarum tribuum, non ſine ſpe germinationis futuræ; aſt cum aridas reperit, reddit ſingulis ſuas. Multi, mediante vocatione legitimâ, *per Moſen* ſeu Magiſtratum tabernaculo Eccleſiæ inferuntur, non ſine ſpe, fore, ut vel fructus, vel flores, vel ad minimum germina proferant, quod ſi ſpes decollaverit, rejiciuntur cum ſeverâ increpatione: *tolle quod tuum eſt, & abi, Matth. XX, 4.* Qui verò obnixè omnia agunt, ut ſuo ſatisfaciant officio, ſunt Virgæ Aaronicæ ſimiles, & in ſuâ officii virgâ oſtendunt *perpetuum virorem*, ſtudia nempe & deſideria, Deo ſummâ animi intentione & attentione, & auditoribus ſuis, eâ quâ par eſt diligentiâ, ſerviendi; *perpetuum florem*, externam nimirum converſationem, quæ ſit honeſta, modeſta, neminiq; moleſta; & *Amygdalarum decorem*, quæ ſunt omnis generis opera in officio, & extra officium, ſi vel mali corrigendi, vel boni confirmandi, vel mœſti conſolandi, vel ægroti viſitandi, vel moribundi appellandi, vel pœnitentes abſolvendi, vel ſimplices informandi. Ficui ſterili & aridæ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

maledixit Chriſtus, Matth. XXI, 19. *Maledictus omnis, qui facit opus Domini fraudulenter*, imò cunctanter Jer. XLVIII, 10. *Quod ſi* enim *juſſu Dei ſermo propheticus ſubdit maledictioni eos, qui negligenter occidunt, quantas nos pœnas exſolvemus, ſi munus Spirituale parvi penderimus, ſi gladium mortificationis à ſanguine corporis noſtri abſtinuerimus, & in eo caſtigando ſubtraxerimus?* Ita *Theodoretus*, cit. *Tarnov. in Exercit. p. 889.*

CV. Quæ omnia, ſi temporis ratio permitteret, exactiùs applicari poſſent ad diverſitatem *cùm auditorum in doctrinalibus percipiendis*, quando in cognitione articulorum vel virent, vel florent, vel fructum afferunt, *faciendo quæ nôrunt*, Joh. XIII, 17. *& in fructibus oſtendendis.* (Quidam enim in audiendis concionibus *mera germina vel folia*, quidam *externos flores*, quidam *maturos* edunt *fructus*, Deo & hominibus dulces;) *tum Paſtorum*, qui vel diverſis donis inſtructi, vel non eodem ſtudio ſacra tractant. Quidam *folia* tantùm in ſuâ Cathedrâ oſtentant, non attendentes, quid auditoribus proſint, modò per horulæ ſpatium mera verba, mera folia ſparſerint, ſine ſucco, ſine fructu, ita horam & operam perdendo: quidam *floribus* ſuperbiunt ſeu floſculis Rhetoricis: quidam verò *mera amygdala*, ſine germine, ſine flore, ſine omni gratiâ & lepore proferunt; cùm illi, omnium votis, ſint optimi concionatores, qui, quod de Virga Aaronis, diximus, *Amygdala* verbi divini, non *ſine germine* viridioris pronunciationis, nec *ſine flore* floridioris elocutionis, in laudem Dei & ſalutem Auditorum, promunt; & quidem offerentes & afferentes impœnitentibus *amara*, pœnitentibus *dulcia*, omnibus *matura*, quæ continuis ſtudiis ad perfectam maturationem ſunt producta, nec immaturè nimis prolata. Sed convertenda tandem ſunt vela ad primarium Virgæ Aaronicæ Typum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

CAPUT NONUM.

Primarius Virgæ Aaronicæ Typus.

CVI. M*Yſterium de Meſsiâ, ejusq́; Officio;* Nativitas, Paſsio, Reſurrectio elegantiſsimè hoc Typo fuit adumbrata. Nobis ergo Typus iſte primùm eſt *aſſerendus*, deinde *aſſerendus*. *Hugo Grotius* in ſuis Annotationibus videtur de ſolo Sacerdotii Typo explicâſſe, ſed rectè addit *D. Calovius: Non adquieſcunt huic ſignificationi pii Veteres; Chriſtum ut in aliis figuris etiam hic adumbratum dicunt*; nec deſunt *huic adſertioni* fundamenta. Eò enim ipſa Scriptura nos deducit, cùm Virgam illam לְאוֹת *ſignum* dicit *confirmati Aaronici Sacerdotii, ac præfigurati ejus, cujus umbra exſtitit.* Quò faciunt etiam deſcriptiones, quæ de Chriſto habentur, propheticæ, in quibus hoc miraculum expreſsè ſatis Meſsiæ applicatur. Vid. Eſ. VI, 1. XVI, 8. LIII, 2. Jer. XXIII, 5. XXXIII, 16. Zach. III, 8. VI, 12. & imprimis ratio Typi & Antitypi, ſummi Pontificis V. T. Aaronis, & N. T. JESU Nazareni, quam *in aureâ ad Hebr. Epiſtolâ* diligenter explicat Apoſtolus, nec aliud videntur *ipſi Rabbini* innuiſſe *ex arbore vitæ* exciſam ajunt hanc virgam. *Vid. ſupr. th. LXI.* Quis enim non videt commentis illis involuta eſſe ipſa ſalutis noſtræ myſteria? *Conf. D. Calovium Comment. in Gen. ſub fine, cap. III.* Accedit unanimis conſenſus *S. Patrum*, qui ſenſu Myſtico de nativitate Servatoris hunc typum explicant, quod faciunt *Auguſtinus* & *Gregorius* l.c. *Juſtinus martyr in Dial.* cum Triphone Judæo Epheſi habito; *Chryſoſt. Orat. adverſus Judæos. Iſidorus Hiſpalenſis in Comment.* ſup. cap. 15. Num. *Bernhard.* Hom. 2. ſuper *Miſſus eſt. Lutherus in Poſt. Eccleſ. feſt. Nativ.* & alii.

CVII. Non autem unâ omnes ratione hunc Typum accommo-

commodant. Quidam dicunt, adumbratum hîc Chriſtum, partim *ratione Perſonæ,* quòd ex aridâ velut radice ſtirpis Judaicæ expreſſus ſit, Eſ. XI, 1. partim *ratione Officii*, cùm *Sacerdotalis,* quòd inſtar teſtæ exareſcens in arâ crucis, Pſ. XXII, 16. in reſurrectione floris inſtar prodierit: tum *Regii*, quòd Eccleſiam ſuam *virgâ rectitudinis* gubernet, Pſ. XLV, 7. Alii pleniùs hanc figuram explicaturi, expendunt *conditionem generis, matris, temporis, officii, beneficii,* &c. Nos ad tria præcipua membra Typicam adumbrationem revocabimus, dicentes; Virgam Aaronis eleganti Typo adumbraſſe, *Chriſti Meſſiæ Incarnationem, Paſſionem, Reſurrectionem.* Incarnationem autem ratione *ſtirpis, matris, temporis.* Paſionem ratione *ariditatis, calamitatis, floriditatis.* Reſurrectionem, quà *affectum, effectum, eventum.*

CVIII. *Incarnationis* Typus eſt Virga noſtra 1. *ratione ſtirpis*, non, ac ſi Meſsias naſci debuerit ex eâ ſtirpe, cujus Inſigne erat hæc virga, attributa tribui Levi, inſignita nomine Aaronis; noſter autem Servator ex tribu Judâ erat oriundus, Gen. XLIX, 10. Luc. II, 4. Hebr. VII, 14. Apoc. V, 5. ſed generaliter hîc Virga conſideratur *ratione adjunctæ ariditatis*, quâ fuit inhabilis ad germinandum, floresq; & fructus producendos; non aliter ac ſtirps regia Davidis, ante quidem regiâ Majeſtate floruerat inter Iſraelitas, numerans tot reges, tot principes, ante & poſt captivitatem Babylonicam, inſtar arboris pulcherrimè creſcentis, virentis, florentis, ſed ultimis temporibus adventui Meſsiæ deſtinatis vix arida Virga de regio Davidis ſtemmate ſupereat; ut Joſephus, deſponſatus Mariæ vir, cogeretur fabriles exercere operas. Videbatur ergo Davidis ſtemma penitus exaruiſſe, quemadmodum Virga Aaronis penitus arefacta erat, dum Sanctuario inferebatur

batur coram Domino. Huc facit locus Propheticus, quèm de Meſsiâ ipſi Judæorum commentarii, & Paraphraſis Chaldaica explicant: egredietur *Virga de ſtirpe Iſai, & ſurculus de radicibus ejus creſcet*, Eſ. XI, 1. Non Davidem, ſed *Iſai* Davidis Patrem nuncupat Propheta, ut indicaret humilitatem & deſpectionem hujus ſtemmatis, circa tempus orientis Meſsiæ. *Sicuti enim Deus ex Iſai*, hominis privati & civis Bethlehemitici, ſtirpe, *Regem ſibi elegit potentiſsimum, Davidem*: ita naſciturum intimat hoc nomine Propheta Meſsiam, ex eodem ſtemmate, ſed valde depreſſo, & ad incitas, ut ſic dicam, redacto. *Stirpem Iſai* in Heb. nominat Propheta גזע, *(Gezah) truncum ſucciſum*, ut vertit *Junius*; mentionem ſimul facit *radicis Iſai*, ut eò magis deſcribat, quàm vilis tunc illa ſtirps fuerit in oculis hominum: Si enim de arbore nil niſi radix ſuperſit, vel nulla vel minima ſpes ſupereſt de futurâ arbore; pro miraculo potiùs habetur, ſi alia arbor rurſus progerminet: ita Arbor regiæ ſtirpis Davidicæ truncata erat, nilq; reſtabat, niſi truncus, vel in terris abſcondita radix. At divino miraculo florida reddita, produxit Virgam Iſai, imò Virgam Aaronis. Verba ſunt *D. Glaſſii in tr. de arb. vit. l. 4. c. 11. p. 307.* Conf. eundem *Fer. Annunc. Mariæ. p. 207.* Aliud vaticinium legitur Jerem. XXIII, 5. 15. *Suſcitabo germen Davidi*, ſcilicet tunc, quando omnia videbuntur exciſa & emortua. Aliud eſt *Amos IX, 11.* Cauſas, cur ex aridâ hac ſtirpe, tanquam aridâ Virgâ, naſci voluerit Meſsias, affert l. *Walth.* ſæpius. c. p. 593.

CIX. 2. *Ratione Matris.* Ut enim Virga Aaronis non ex naturali humore, juxta conſuetum naturæ curſum, ſed ſupernaturali virtute fructum tulit, & miraculo divino germinavit: ſic Maria ſupernaturali virtute concepit, & peperit ſupra naturam, præter rerum ſeriem, *ex obumbratione Sp. Sancti*,

Luc. I, 35. *Non ex virili ſemine, ſed myſtico ſpiramine, Verbum Dei factum eſt caro, fructusq́, ventris floruit.* Quemadmodum etiam *Virga Aaronis* dulci ſpectaculo ſimul viret, floret, & & fructus habet: ita in Matre Domini fuit *vigor ætatis, flos virginitatis,* & *honor fœcunditatis.* Mirum ſi cui videtur, audiat *Bernhardum,* pleniùs typum hunc explicantem & applicantem: *Virga ecce protulit, quod ante non habuit, non radicata plantatione, non defoſſa ſurculo, non animata ſucco, non fœcundata ſeminario; & tamen cùm illi deeſſent univerſa naturæ jura, protulit Virga, quod nec ſemine ſuggeri potuit, nec radice. Virga ergo potuit contra naturam nuces producere; Virgo non potuit contra naturæ jura filium generare? Bernh.* advent. 3. *imò ut flos in Virgâ Aaronicâ exortus eandem non corrupit, ſed potiùs ornavit: ſic Chriſtus ex Mariâ natus, virginitatem non violavit, ſed mirabili decore illuſtravit,* quod notat *Petrus Damianus ſerm. de annunc. Mar.* In Virgâ Aaronis veri apparuerunt flores, & veri fructus, quamvis producendi ratio non fuerit naturalis; Maria quoque in lucem protulit verum hominem, verum fructum ſui ventris, verum florem, licet modus conceptionis non fuerit naturalis. Pii Veteres huc quoque referunt alios typos; *Adami de terrâ virgine creati,* Gen. II, 7. *Rubi ardentis,* Exod. III, 2. *Structuræ templi Salomonis, ſine ferri ſtrepitu,* I. Reg. VI, 7. *Lapidis ſine manu à monte revulſi,* Dan. II, 45. *Portæ* apud Ezech. *clauſæ,* Ez. XLIV, 2. de quâ ita *Hieron. Solus Chriſtus clauſas portas vulvæ Virginalis aperuit, quæ tamen clauſæ jugiter permanſerunt. Hæc eſt porta Orientalis clauſa, per quam nemo egreditur & ingreditur, niſi ſolus Pontifex, & tamen ſemper clauſa eſt, lib. II. adv. Pelag.* & *Auguſtin. Quid eſt porta in domo Domini clauſa, niſi, quòd Maria Virgo ſemper erit intacta? & quid eſt: homo non tranſit*

per

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

per eam? niſi, quòd Joſeph non cognovit eam? & quid eſt, quòd Dominus ſolus intrat & egreditur per eam? niſi, quòd Sp. Sanctus impragnavit eam? & quid eſt: Clauſa erit in æternum? niſi, quia Maria erit Virgo ante partum, Virgo in partu, Virgo poſt partum. Serm. 18. de temp. f. m. 296, 6. Dicta claſsica ad hanc rem facientia, ſunt, Eſ. VII, 14. (de quo loco vid. *Luth. Tom. V. Witteb. f. 437. ſeq. D. Müllerum in Judaiſm. p. 613. ſeq. B. Danhauer. in Chriſtoſoph. ſ. 3. p. 412. Quiſtorp. in annot. P. I. p. 570. ſeq. Spanheim. in dub. Evang. dub. 34. Jun. in parall.*) Jer. XXXI, 22. (Conf. ad h. l. *Luth. Tom. VIII. Jen. Germ. f. 145. D. Dorſch. in diſſert. pecul. G3. ſeq. D. Müller. in Judaiſmo p. 426. ſeq.* (Gen. XLIX, 10. (evolve in h. l. *Luth. Tom. XI. Wittenb. in Gen. cap. 49. vel Tom. IV. in Gen. fol. 223. ex edit. Hieron. Beſold.* Conf. Tom. VIII. Jen. G. f. 144, 145.) Quidam huc etiam ם clauſum referunt ex Eſ. IX, 7. (Vid. ad h. l. *Petrum Galat. de arcan. lib. IV, c. 19. p. 251. Hakſpan. in Not. P. II. 570.)*

CX. 3. *Ratione temporis*, quo natus eſt Chriſtus. *Virga Aaronis* noctu germinavit, & protulit florem miraculoſum. Manè enim Moſes egreſſus eam protulit, oſtenditq; toti Iſraël, quæ præcedenti nocte proximâ in Virgâ Aaronis evenerant: ita Chriſtus nocturno tempore, *cùm Paſtores agerent vigilias noctis ſuper gregem*, natus eſt, & non *Moſis*, ſed Angeli miniſterio Paſtores, ad floridam hanc Iſai Virgam ſpectandam, cum gaudio ſunt invitati, ut verè de hâc nocte dici potuerit: *Cùm quietum ſilentium contineret omnia, & nox in ſuo curſu medium iter haberet, omnipotens ſermo tuus, Domine, exſiliens de cœlo, à regalibus ſedibus venit*, Sap. XVIII, 14, 15. Quæ ergo nocte circa Virgam Aaronis contigerant, clarâ dein luce ab omnibus Iſraelitis, non ſine admiratione, deinde videbantur: Certè, quæ in nativitate Chriſti nocte concubiâ eve-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

nerant, nunc clarâ Evangelii luce cum gaudio & tripudio ſpectantur, deprædicantur; ita ut de fructu nativitatis Chriſti tota Eccleſia perſonet, & quotidiè dulciſsima Amygdala, quæ recens natus Meſsias toti orbi attulit, non ſine ſuavitate, & internâ animi lætitiâ guſtet. Si enim Amygdala uſum præſtant *cibi & medicinæ*, Chriſtus quoque ex Virgine natus, animæ noſtræ & *cibus eſt*, Joh. VI, 50. *& medicina: quia ex Deo & homine factum eſt cataplaſma, quod ſanat omnes infirmitates noſtras*, ut ait *Bernhardus Serm. III*, in *Vigil. nat.* Quid? *ſicut in Virgâ Aaronicâ, ſimul conſpiciebantur germina, flores, & fructus: ſic in Chriſto ſimul germinat benedicta viriditas Deitatis, delicioſus flos humanitatis, & ſalvificans fructus beatitatis: ipſe germen eſt gratiæ, frons lætitiæ, flos munditiæ, & fructus juſtitiæ:* uti *cum Gregorio Bernhardus; Qui* enim *initiò dicebat: germina terra! idem & illud lignum, quod erat aridum & infrugiferum, fecit absque terrâ ſine radice germinare, idem etiam Mariæ virtutem ex alto dedit ſine virili ſemine germen illud ſalutare. Chryſoſt. Orat. adv. Jud.* cit. *D. Calov. in Comment. Major. ad V. T.* Quæ omnia ſatis quadrant Ipſi *Annunciationis*, quo hæc ſcripſi, *feſto*, uti, quæ ſequuntur, *præſenti Paſsionali*, & *inſtanti tempori Paſchali.*

CXI. Nam & *Paſsionis* Typus eſt *Virga noſtra Aaronica* I. *Ariditatis* reſpectu. Chriſtus certè ſemper *florida* Virga, *arida* quaſi facta eſt in ſtatu exinanitionis, &, cùm *florida* eſſet, quà divinitatem, *arida* videri voluit, quà humanitatem; gloriam Majeſtatis, cujus per unionem perſonalem humana ejus natura particeps facta fuit, occultans, & non niſi certo tempore manifeſtans. Juvat id verbis efferre Paulinis: *Chriſtus Jeſus, cùm eſſet in formâ Dei* (florida nempe Divinitatis virga) *non eſſe rapinam arbitratus eſt, eſſe æqualem Deo*, (ac ſi flores majeſtatis communicatæ cum oſtentatione

ſpectan-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

ſpectandos dediſſet) *ſed ſemetipſum exinanivit, formam ſervi* (aridæ virgæ) *accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inventus, ut homo. Humiliavit ſemetipſum, factus obediens uſque ad mortem, mortem autem crucis,* Philip. II, 5,6,7,8. In cruce verò verè exaruit *florida* hæc *Virga*, ut ipſe conqueri potuerit: *Exaruit velut teſta virtus mea*, Pſ. XXII, 16. In Fonte eſt יבש *aruit, exaruit, exſiccatus fuit*, quod *de gramine areſcente* uſurpatur, Pſ. XC, 9. quaſi dicat, *florida Virga arida facta, & corpus meum ſimile eſt teſtæ, quæ igne excocta nihil humidi reliquit*. Paulò aliter Hugo: *Aruit tanquam teſta, i.e. arida viſa fuit in paſſione virtus, quæ ante paſſionem faciebat miracula; non, quia non potuit, cùm ſemper eſſet omnipotens, ſed quia noluit; aridam putabant virtutem ejus illi, qui dicebant: Alios ſalvos fecit, ſeipſum non poteſt ſalvum facere,* Matth. 27. e. in Cant. Abac. *Cornua in manibus ejus, ſeu brachia crucis, ibi, ſeu in cruce abſcondita eſt fortitudo ejus, non dicit perdita, ſed abſcondita. Tom. II. fol. 50. col. 1.* Ut autem *in aridâ Virgâ* Aaroni ſupererat ſpes futuræ floriditatis, ita in ipsâ hâc ſimilitudine ſolatii quid apparet, *interprete Auguſtino*, ad hæc verba: *Magnificè quod dixit, firmum factum eſt nomen meum de tribulatione. Quomodo enim teſta ante ignem mollis eſt, poſt ignem fortis; ſic Domini nomen ante paſſionem contemnebatur, poſt paſſionem honorificatur, Tom. VIII. enarrat. in Pſ. XXII.* p. 72. m. vel, ut habet *Gregorius: Quid teſta ante ignem, niſi molle lutum? ſed ei ex igne agitur, ut ſolidetur. Virtus ergo Humanitatis Chriſti, tanquam teſta aruit, quia ab igne paſſionis ad virtutem incorruptionis crevit.* cit. *Hug. l. c.*

CXII. 2. *Calamitatis reſpectu. Baculus* calamus eſt. Calamus autem à calamitate, vel potiùs *calamitas* παρὰ τὴν καλάμην dicitur: *clades, quia clamatur: ut aliud ſit grandinis*

 culmum

culmum frangentis, aliud furti, aut doli mali. ſic Probus. Verba ſunt Donati, ad illud in Hecyrâ prolog. *Intervenit vitium & calamitas.* p. 599. alibi expreſsiùs: *propriè calamitatem ruſtici grandinem dicunt, quòd comminuat calamum* i. e. *culmum ac ſegetem.* ad illud Eun. I, 1. p. 157. *ipſa egreditur, fundi noſtri calamitas.* Chriſtum in paſsione ſi *calamum* dixeris, non errabis. *Becmanno* Calamus eſt ab Heb. קמל *languere, marceſcere.* R. Sal. *exareſcere*; ut calamus ſit arida Virga, vel *arundo,* ab *areo* ſic dicta. In paſsione Chriſtus eſt *calamus,* calamitatibus penè, imo plenè & planè obrutus, *Virga* manibus ſceleratorum indigniſsimè tractata, imò *baculus.* Ut enim hic, dum alios verberat, ipſe vapulat; ita Chriſtus impiis militibus vapulans, ipſe *virga* eſt *ferrea, impios ceu vas figuli confringens,* Pſ. II, 9. *Virga Manualis,* ſeu viatoria nunquam quieſcit; ſed cum ambulante de loco in locum transfertur. In paſsione Chriſtus *Virga* erat *viatoria*; ex monte oliveti fertur in palatium Hannæ & Caiphæ Sacerdotum; inde in Pilati prætorium, inde in Herodis aulam, inde prætorio quidem redditur, ſed mox militibus ipſe flagellandus & in montem Golgatan, non tam deportandus, quàm detrahendus ad mortis ſupplicium. Verus calamus, quaſi καλάμη arida & levis, de quâ dixeris: *ſtipulam aridam perſequeris,* Hiob. XIII, 25. Quid, quòd Chriſtus, *Virga Aaronis,* bacillis legatur *percuſſus*? ſecundùm verſionem *Bezæ,* Matth. XXVI, 67. & alibi unus miniſtrorum dicatur Chriſto ῥάπισμα dediſſe Joh. XVIII, 22. quod Grammatici dicunt eſſe ictum, qui virgâ, baculo aut fuſte incutitur, à ῥαπὶς, quod idem eſt Heſychio, quod ῥάβδος virga. ῥαπίζειν à Plutarcho in Themiſtocle uſurpatur pro virgâ cædere, fuſte percutere. Vid. *Gerhard. Harm. Evang. Cap. VI, p. 61. a. & Cap. VII, p. 75. b.* Videmus ergo Aaronis Virgam in paſsione aridam,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

dam, ſed madidam quoque, & Sanguine Servatoris tinctam, *in monte Oliveti*, ſudantem ſanguine, quem ſuccum dixeris, *aridæ huic virgæ* ſub onere peccati & iræ divinæ expreſſum; *In palatio Caiphæ*, ſub colaphis & fuſtigationibus rubentem; *in Prætorio*, variis accuſationibus & calumniis maculatam; *in aulâ Herodis*, variè & indignè tractatam; à militibus caſtigatione fere attritam; *in Golgathæ faſtigio*, in ludibrium quidem, ſed in ſalutem quoque totius mundi ſuſpenſam, ibidemq; à Sacerdotibus dilaceratam, à militibus vulneratam, à morte exciſam & occiſam, à Joſepho linteis involutam, & in ſepulchro depoſitam! O variam hujus virgæ fortunam! quis crediđiſſet eam priſtino nitori & flori reſtitutam? Verùm in paſſione etiam ſua huic virgæ conſtitit floriditas, ſecundùm Auguſtinum: *Sicut Virga Aaron germinavit in populo Judæorum: ita Crux Chriſti floruit in populo gentium. Serm. 18. de temp.*

CXIII. Fuit enim figura Paſsionis 3. *floriditatis reſpectu.* Tria fuerunt in Virgâ Aaronis, *germina, flores, fructus*: In paſſione ſi conſiderabis cauſam impulſivam, habebis *germina*; ſi formam, *flores*; ſi fructum, *Amygdala*. Germina erant prima Virgæ Aaronicæ ornamenta. ſi in paſsione quæris cauſam impulſivam, varia videbis germina. *Reſpectu Dei Patris*, progerminant in virgâ Paſsionali (1.) Dei decretum, Pſ. XVI, 2. Luc. XXIV, 26. Act II, 23. (2.) Juſtitiæ & miſericordiæ temperamentum, Pſ. LXXXV, 11. (3.) Amor erga genus humanum, Joh. III, 16. *Reſpectu noſtri Salvatoris*, progerminant in eâdem (1.) Amoris eminentia, Eſ. LXIII, 9. Joh. XV, 13. (2.) Filialis obedientia, Pſ. XL, 8. Hebr. V, 9. ſeq. (3.) Humilitatis evidentia, Phil. II, 6. *Reſpectu miſerrimi humani generis*, apparent hîc, tanquam germina (1.) Maledictionis divinæ gravitas, Deut. XVII, 26. (2.) Servitutis vilitas, Joh. VIII, 34. Rom. VI, 17. I. Joh.

III, 8.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

III, 8. Gen. III, 15. (3.) Spiritualis cœcitas, I. Cor. II, 14. *Flores* è gemmis enaſcebantur; hîc in Paſsione, *flos* eſt (1.) ſpontaneæ obeditionis, Joh. IV, 34. (2.) Sanguinis profuſionis, Rom. III, 25. Eph. I, 17. Col. I, 14. Hebr. IX, 14. (3.) Sufficientiſsimæ reconciliationis, Rom. V, 10. II. Cor. V, 19. Flores ſequebantur *fructus*: qui & in Virgâ Paſsionali ſunt: (1.) Noſtra in peculium adquiſitio, Rom. XIV, 9. Tit. II, 14. I. Pet. II, 9. (2.) Noſtra in filios Dei adoptatio. Conf. Eph. II, 3. cum Joh. I, 12. Gal. III, 26. (3.) noſtra juſtificatio, Rom. IV, 25. VIII, 3. ſeq. (4.) noſtra Salvatio, Joh. III, 16. quæ prolixiori ſtylo & filo facillimè diduci poſſent, niſi prolixitatis notam, ſi nondum incurrimus, effugere laboraremus.

CXIV. Quod ergo ultimo loco demonſtrandum, eſt quoque *Virga noſtra* elegantiſsima *Reſurrectionis* figura; *in genere* quidem Reſurrectionis univerſalis in judicio extremo ſubſecuturæ, ut diximus ſup. Theſ. LXXXVII. *In ſpecie* verò, *Reſurrectionis Servatoris*, poſt triduum mortis; Videamus autem melioris methodi gratiâ in hôc Typo *Reſurrectionem Chriſti* 1. *quà affectum*, ſeu modum Reſurrectionis, qui in *Virgâ Aaronicâ* eleganter ſatis depingitur. Viruerat *Virga Aaronis* Amygdalina, adhuc arbori Matri inſerta; ſed exciſa, & in manu Pontificis diu ſatis geſtata, exaruerat, amiſsâ omni viriditate, quæ erat inſtar vitæ: ita Chriſtus, dum viveret, florida erat virga; mortuus verò quaſi exſcindebatur, non ſecus ac virga ab arbore evulſa moritur, quod phraſi Propheticâ quoque dicitur de morte Chriſti, eleganti ab exciſâ virgâ ſeu arbore deſumtâ ſimilitudine: Ex*ſcindetur è terra viventium*, Eſ. LIII, 8. Verbum enim, quod & Dan. IX, 26. de morte Chriſti violentâ uſurpatur. aliàs propriè de arboribus ſecuri ſuccidis legitur, Jud. VI, 30. II. Reg. XVIII, 4. Jer. X, 3. XXII, 7. XLVI, 23. Deut.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

XIX,5. XX,20. II. Paral. II,7. I.Reg. V,6. VI,36,12. Eſ. XLIV,14. Vid. *D. Geier. in Dan. p.749,750.* nihilominùs cùm *Virga Aaronis*, Chriſtus, reviviſcit, ac ſi nunquam mortuus fuiſſet, *in ſignum rebellibus*, qui jam de morte Chriſti triumpharant, *quando moritur, peribit nomen ejus*, Pſ. XLI,6. *in ſignum fidelibus*, quòd vivente & refloreſcente Chriſto, & nos certô certiùs in æternum cum illô ſimus reſurrecturi, victuri, triumphaturi, juxta promiſſum; *Ego vivo, & vos vivetis*, Joh. XIV. *in ſignum omnibus*, quòd, ſi ex aridâ virgâ Deus germina, flores, fructus producere potuerit, non interveniente ſole, ſuccô aut terrâ, cur non arida noſtra corpuſcula vitæ reſtitueret, cùm *omnis natura in ſolatium noſtri reſurrectionem futuram meditetur? Sol demergit & naſcitur, aſtra labuntur & redeunt, flores occidunt & reviviſcunt; poſt ſenium arbuſta frondeſcunt, ſemina non niſi corrupta revireſcunt: ita corpus in ſeculo, ut arbores in horto occultant virorem, ariditate mentitâ. Exſpectandum nobis corporis noſtri ver. Minut. Felix in Octavio p.395.* Deus hujus miraculi autor erat; idem ille Chriſtum à morte reſuſcitavit, Act. II,24, 32. III,15, XIII,30. ſeq. Rom. I,4. IV,25. VI,4. VIII,34. I.Cor. VI,14. XV,4. Eph. I,20. Ipſum aridum *Virgæ* corpus refloruit: Chriſtus idem numerô corpus è ſepulchrô extulit, quod in cruce exaruit. Marc. XVI,6. Rom. VIII,34. I.Cor. XV,3. ſeq. Sicut *Amygdalus* inter arbores prima floret: ſic Chriſtus eſt *primitiæ reſurgentium* I. Cor. XV,20. Sicut Virga Aaronis Sanctuario illata, perpetuô flore & virore fuit decorata: ſic Chriſtus, qui in crucis arbore exaruerat, Pſ. XXII,16. in reſurrectione inſtar floris prorupit, imò perpetuô immortalitatis flore & decore triumphat, Rom. VI,9. nobisq; *ſurculus* ex aridâ Davidis ſtirpe promeruit, ut floreamus in perpetuum, Pſ. XCII,14,15. Eſ. LXVI,14,15. I.Cor. XV,37.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

CXV. 2. *Quà Effectum*, ſeu fructum reſurrectionis. *In Virgâ* reſurrectionis Chriſti ſunt *germina ſpei*, jam dudum à Paulo oſtenſa: *Quod ſi Chriſtus non eſt ſuſcitatus, vanum eſt præconium noſtrum, inanis etiam fides noſtra* &c. *Si in hâc ſolùm vitâ ſperamus in Chriſtum, miſerrimi ſumus omnium hominum*, I.Cor. XV. 14-19. Chriſtus enim à morte reſuſcitatus, eſt ex aridâ Virgâ florida factus, ſuos bono jubet eſſe animo, fore, ut ex aridis noſtris pulveribus nova prodeant quaſi *germina*, Joh. XII, 24. & oſſa noſtra, *tanquam herba germinatura ſint*, Eſ. LXVI, 4. O dulce *germen* morituris! norunt *illi* πολίτευμα *noſtrum eſſe in cœlis; unde etiam Servatorem noſtrum exſpectamus Dominum Jeſum Chriſtum, qui glorificabit corpus noſtrum humile, ut conforme fiat ejus corpori glorioſo, pro vi illâ efficace, quâ poteſt etiam ſibi ſubjicere omnia*, Phil. III, 20, 21. Sunt in hâc Virgâ *flores Dei*, quos vocamus qualitates corporis glorificati, quas cum reſurrectione Chriſtus induit, & diſcipulis ſpectandas dedit; *Florem Agilitatis:* expende enim mirabiles Chriſti poſt reſurrectionem apparitiones; *Florem Inviſibilitatis*, Luc. XXIV, 31. *Florem Spiritualitatis:* manducavit ex diſpenſatione, non neceſſitate; *Florem immortalitatis*, Rom. VI, 9. Apoc. I, 18. *Florem claritatis*, Conf. Matth. XVII, 3. Apoc. I, 14. *Florem roboris & firmitatis*, II.Cor. XIII, 4. *Florem formoſitatis*, Pſ. XLV, 3. *Florem ſubtilitatis*, Pſ. XLV, 3. *Florem ſubtilitatis*, Joh. XX, 19. *O dulciſſimos flores!* Non ſine gaudio Spirituales Iſraëlitæ in hac Virgâ contemplantur & *gloriam Chriſto* in reſurrectione *communicatam*, Eſ. LIII, 2. ſeq. Pſ. VIII, 6. Rom. I, 4. II.Cor. XIII, 4. Eph. I, 20. & *gloriam Chriſtianis* in reſurrectione *communicandam*, Phil. II, 2. I.Pet. I, 13. Dan. XII, 3. Sunt *fructus fidei*, ex virgâ hâc reſurrectionis, tanquam ſuaviſſima amygdala, enaſcentes, quos ut breviſſimis oſtendamus, ſunt *ratione Chriſti* (1.) ab omnibus an-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

anguſtiis plenaria liberatio, Pſ.CX, ult. Eſ.LIII, 8. Conf. I. Pet. I, 3. (2.) de hoſtibus triumphatio, Pſ.LXVIII, 2. Eph. IV, 8. Col. II, 15. Apoc. V, 5. I, 18. Conf. Joh. XIV, 19. (3.) Chriſti coronatio, Pſ. VIII, 6. Hebr. II, 9. Luc. XXIV, 26. Apoc. XIX, 12. Conf. Phil. III, ult. II. Tim. II, 8. Jac. I, 12. Apoc. II, 10. I. Petr. V, 4. *Ratione noſtri* verò (1.) Peccatorum condonatio: quia enim Deus Chriſtum ſuſcitavit, ſolutis mortis doloribus & catenis, Act. II, 24. hôc ipsô ſignificatum eſt, quòd Chriſtus ſponſor plenariè Deum noſtri loco placârit, aliàs ſponſorem nunquam dimiſiſſet; quò Paulus reſpexiſſe videtur: *niſi Chriſtus reſurrexit, adhuc eſtis in peccatis veſtris*, I. Cor. XV, 17. (2.) Spiritualis renovatio, Rom. VI, 4. Col. III, 1. Apoc. I, 4. (1.) Noſtra ad vitam reſuſcitatio, quem fructum verbis dulciſsimis depingit *Athanaſius*: *Chriſtus*, inquit, *trophæum de morte excitatum oſtendit, ſimulq́; certum & indubitatum reddidit, corruptionem* (i. e. talem, quâ omnis ſpes feliciſsimæ reſurrectionis nobis præripiatur) *ab eo deletam eſſe, nihilq́; jam deinde, niſi corporum incorruptibilitatem reſtare, de quâ in pignus monumentumq́; omnino futuræ in poſterum reſurrectionis Corpus ſuum incorruptum ſervavit*, cit. *D. Gerhardo, Gerhard. Fil. in Diſput. de reſurr.* Cap. VI. G. 3.

CXVI. 3. *Quâ Eventum*, ſeu conſequens reſurrectionis, quod eſt Chriſti ad regnum æternum exaltatio, II. Sam. VII, 12. Pſ. LXXII, 17. LXXXIX, 5. Cujus in *Virgâ Aaronicâ* quoque exhibetur Typus. Sicut enim Aaroni ſummo Sacerdoti tribuitur h. l. *Virga*, ſeu Sceptrum inſigne regium: ita Chriſtus eſt ſimul *Sacerdos & Rex Eccleſiæ ſuæ*, Num. XXIV, 19. Pſ. II, 6. Eſ. IX, 6. Jer. XXIII, 5. Mich. V, 2. Sceptrum regni ejus eſt *virga rectitudinis*, Pſ. XLV, 7. Sicut baculus Aaronis arefactus divinâ virtute regerminat: ita, quamvis regnum Chriſti interdum videatur exaruiſſe & concidiſſe, ſubitò tamen iterum effloreſcit,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

ac manet in æternum, Dan. VII, 14. Luc. I, 34. Abſque dubio flores *Virgæ Aaronicæ* ſuaviſsimum habebant odorem: Chriſtus odore doctrinæ Evangelicæ, poſt reſurrectionem toti orbi annunciatæ, corda noſtra exhilarat & reficit, Pſal. XXII, 23. Luc, XXIV, 46. ſeq. XI, 21. ſeq. *Cortex amygdali exterior denotat tum concionem legis, tum crucem; ſed interior verbum Evangelii*, cui Chriſtus involutus: *fructus amygdalinus eſt doctrina Chriſti*, quæ exteriùs primâ fronte *amara* videtur, ſed interiùs plena eſt *ſuaviſsimo* ſapientiæ *fructu*. Imò, ſicut *Virga Aaronis* ſimul germinat, & fructus profert: ita inter ſubditos regni Chriſti, quidam ſunt *Roſæ florentes*, quidam arbores *fructificantes*; quidam incipientes, quidam proficientes, quidam infantes, quidam perfecti. Germinavit Virga Aaronis arida. *O felices*, ſi in cordibus noſtris naturâ aridis *Chriſtus Virga florida* progerminet *germen devotionis & pietatis!* Floruit virga arida. *O feliciores!* ſi in nobis *Virga florida Chriſtus* proferat *florem cognitionis & Veritatis!* Fructum protulit Virga arida. *O feliciſsimos!* ſi *Chriſtus Virga florida* in nobis producat *fructus juſtitiæ & ſanctitatis*, ut *repleti* ſimus *fructibus juſtitiæ, per Jeſum Chriſtum, ad gloriam & laudem Dei*, Phil. I, 11. Quod ſupereſt, Jeſum ſupplices veneremur, ut ſit nobis *Virga* per potentiam, *flos* per fragrantiam, *fructus* per ſaporis dulcedinem, *frondes* per ſedulam protectionem, quâ ſuos ab æſtu tentationum tuetur! *ex Bernh. cit. Baum. in Anal. Typic. Artic.* V. cap. III, 19. p. 665.

Tantum eſt, quod meditati ſumus, DEI gratiâ adjuti, circa

VIRGAM AARONIS FLORIDAM.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 00897 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-82 4° 897